





1
7
21

















VERITAS
ANAGRAMMATE EXPLORATA
Ad varia texenda encomia

AVCTORE

IOANNE BAPTISTA BECCIO

CASTILIONÆO

BENEDICTINO

Academico Discorde & Offuscato

Cassinatum Aretinensium Alumno

Subijciuntur Opusculo pro coronide
Quædam ex Anagrammate deducta.





PATAVII, Typis Pasquati, MDCLXVIII.

Superiorum permissu.

SERENISSIMO PRINCIPI CARDINALI RAYNALDO ESTENSI F.



Artis gladio potius, quàm Palladis hasta, ferreo hoc seculo ludunt Mortales, Serenissime Princeps, Purpuratorum Eminentissime. Gladiatoria otia talorum ludis sæpè videntur immista, & otiante Bellona, otiosi ne sessitent milites, gladio vt hostium insidiantur sanguini, taxillo sic ludunt, amicos, vt lædant in ære, cui magis, quam sanguini inhiant sitibundi. Vt luderem & ego aliquoties in Circo Mineruæ, quia gladium, taxillos tractare nescio, literarum notis tesseram finxi, qua à gladiatoribus dignoscerer, characterumque tessellis ludum institui, quo Veritatem, non in putei fundo demersam, vel tenebricoso in specu sepultam, vt ingeniosè excogitarunt Heraclitus, & Democritus, sed intra literarum penetralia delitentem illiteratis aperui. Ludum hunc studiosis prædulcem, desidiosis odiosum, omnisque fallaciæ expertem otio quandoq; se ponens meo, chara-

Verum dum tessellas huc, illucq; non sine sudore cursitare feci, encomiorum vt extruerem characterismos, non semel cum Musis delicias habui. Literas glomerans verborum fila nunquam artificiosius extendi, vt simplices, quasi aues decipulis irretirem, immo omnem duxi lineam, vt Veritas fictionum laqueis nil læsa, artibus nil læsa meæ orationis areolam pleno gradu libera circinaret. Hærebam cuinam hæc mei ingenioli ludicra, ne ludantur, dum luci consigno, consecrarem. Quum magis in triuio fui, venit in mentem, Magnanimitatem Principum esse gloriam: Regium esse, Munera, quantumuis exigua, non despicere. Hoc plenè suasit, libellum meum magno dicare, donare Principi. Ecquisnam Principes inter Magnos, qui Magnanimitate præstet Tibi, Princeps Generosissime? Magnanimitas, quæ omni tempestate Magnos fecit Estenses Magnates, hoc æuo omnium Maximum vndique te decantat. Magnum tuum animum sæpenumero meretur faciliùs, qui vernum florem, quam qui defert aurum. Synetas parum aquæ manibus gestans, Persarum Regi rem fecit gratissimam. Humilis Seruus cordis vrna aquas ferens sudoris, flosculum offerens Palladis in Viridario non sine labore enutritum, Regio Viro erit ingratus? Magnanimitate insignem si Magno Te

conferam Alexandro, minima referam, Augusto si parem faciam, parum dicam, supra Titum si efferam, Vrbis, & Orbis Delicias in Te non ineptè proferam. Soli lumen mutuare videtur, Raynaldi qui effert Magnanimitatem. Ipsa Sole clarior, silentio, necnon supercilio præ stupore protenso, meliùs, quam ore etiam facundiæ auro fœcundo celebrabitur. Romanos, Gallos, Europæos prope omnes do testes regij, egregij animi Celsitudinis Tuæ. Ipse vidi Romæ, vt præfulgebas Princeps inter Purpuratos. Regia supellex, Aulicorum cohors, auri profusio tantam redolebant generositatem, vt omnes, exoticæ præcipuè, nationes cogerentur ad stuporem. Princeps itaque inter Magnanimos primus libello meo non erit secundus? Veritas, quæ sæpe exul ab Aula, Raynaldi in Regia aureo profectò sedebit in throno. Reuerentis animi munusculum summè generoso non poterit non esse carum. Literarum ludus cum Principe Magno, ni magna lucrabitur. Animum, Gratiam, Fauorem. Excipe igitur serena fronte meæ frontis sudores, Princeps Serenissime. Inspice in minimo maximum mei obsequij pignus. Veritatis exploratori hoc vnum, quæso, credas verissimum. Offero meipsum, exigua

Vt in hac oblatione nunc mihi in hoc vno sis Magnanimus, vt tuos inter Seruos agnoscere non dedigneris. Hoc enixè cupio, hoc solùm obtestor ex animo. Viue diu inter Heroas Maxime: viuam & ego, omni vt animi conatu diu famuletur.

Serenissimæ Tuæ Celsitudini

Pratalensi è Cœnobio v. Kal. Martij
Anno Renati Mundi MDCLXVIII.

Humillimus Obsequentissimus Seruus

Ioannes Baptista Beccius Casinas.

Sed cur tempus prodigis, & ingenium fatigas, vt Caramuelem laudes? Est tuus Confrater, est tuus amicus, & hoc ipsi videtur sufficiens ad laudem. Vale. Campaniæ 12. Octob. 1666.

EIDEM.

D. IOSEPH MARIA MARAVIGLIA
Cleric. Regul. Generalis Præpositus.

REVERENDE ADMODVM PATER.

ARtem Onomatrophicam, & si præ cæteris operosam, ea calles felicitate, vt Anagrammata tua vix mihi sors obiecerit meditanda, cum tanti raptus præcellentia Ingenij, cuinam dubitauerim, laudes essent, an Operi, an Opifici. Mirum Herclè, quas ibi nominum Metamorphoses fingas, vbi tot Proteos fingis, quot nomina: creas imò, quàm fingas; ex nihilo nanque fortasse subiecti tot Proceribus Elogia texis, quot Anagrammata. Paradoxopæum tè propè dixerim, quòd in modicis tam Magnus sis, quòd è parua persępè Nuce non Iliades depromas, sed Panegyres. Miram fateor in tuis studijs

Mi-

Micrologiam, neue illi laudes addidiſſe decerpſiſſe ſit, ſtuporem ſiſto pro laude, hoc vnum nèmpè, vt ſcias, totam te, eapropter rapuiſſe admirationem.

Paterntitati Tuæ Admodum Reu.

Famuli Deuinctiſsimi

Venetijs 18. Ianuarij 1667. *D. Ioſeph Mariæ Marauigliæ.*

EIDEM

EQVES OCTAVIVS FERRARIVS

In Patauino Athenæo Æloquentiæ Profeſſor.

PATER OPTIME.

ANagrammata tua non ſine voluptate perlegi. Nam licèt plus habeant dignitatis in receſſu, quàm fronte præferant: labor tamen vix credibilis in oculos incurrit, teque in leui opificio operoſiſſimè ludentem reddit admirabilem. Quippè ingenioſus artifex, & literarum formator literatiſsimus, dum Nigellas Cadmi filias furuæ ſępię ductibus fingis, ac refingis, varijſque modis inflexas contorques, & implicas, nexaſque rurſus reſoluens, hinc inde transfers, noua-

que

que ſenſa nominibus daturas in aliam ſedem migrare non inuitas iubes, admirando opere procerum laudes inde concinnans, eximiam tibi laudem ſine æmulo comparas. Me quoque Principibus permixtum Achiuis non ſine rubore cognoui: dum, quæ tua humanitas eſt, aureas notas ex rudi ferro procudis. Itaque te mihi parciùs commendandum video, ne laudem fœneraſſe videaris. Quocunque modo nomen meum, vocum arbiter finxeris, conſtanter ſonabit, ac referet.

Patauij VI. Dec. 1666. *Tui Obſeruantiſſimum*
Octauium Ferrarium.

ET gratijs ne ſim ingratus, quas plena profudit manu in hominem nec obolo dignum incomparabilis Vir, Reuerendiſsimus P Io: Paulus Oliua, cum vices gereret Generalis Præfecturæ Societatis Ieſu, qua nunc præfulget, hæc lege, & attende Lector, & mecum commenda Tanti Viri liberalitatem, nec ore, nec ære, nec auro compenſandam.

Al Molto Reuerendo Padre in Christo Osseruandissimo
Il Padre

D. GIO: BATTISTA BECCI
Monaco Cassinense.

GIO: PAOLO OLIVA VICARIO GENERALE
della Compagnia di Giesù.

Molto Reuerendo Padre Osseruandissimo.

VN numero sì copioso d'impareggiabili Anagrammi, con cui la P. V. M.R. hà voluto coronare la Virtù del N. S. P. Ignatio, hà somministrata à me ampissima materia di ammirare così la fecondità del suo grande ingegno, come la Pietà del suo religiosissimo animo. Poiche per vna parte in vn genere di componimento e sì arduo, e sì stentato, che maneggia la penna con vna felicità così grande, che dalla casuale combinatione di que' primi caratteri del Santo, come da informi elementi fà, che sorgano tanti nobilissimi misti, quanti furono i fatti del Santo. Dall'altra parte sono tutti gli Anagrammi sì deuoti, e sì pieni di ottimi documenti, che, come hò detto, in ciascuno di essi ben si vede, che alla fertilità della sua mente corrisponde la religiosità del suo cuore. Ne le rendo per tanto le maggiori gratie, che posso, protestandomi, che trà le somme obligationi, che la Compagnia nostra professa alla incomparabile Religione di S. Benedetto, questa non sarà la minore. E veramente pare, che non senza grande ragione il famosissimo Ordine Benedittino sia interessato in propagare le glorie di S. Ignatio, mentr'egli habbia tanta parte in accrescere le sue Virtù. I figliuoli del Gran Benedetto diedero al N. S. Padre la prima Idea della Santità in Monserrato, e parimente i figliuoli del Gran Benedetto vi aggiunsero il colorito d'ogni Perfettione nel Santuario di Monte Cassino. Onde mirandolo, come cosa loro propria, se tutto l'Ordine concorse già ad ergere splendidissime memorie sopra quel famosissimo Colle, ella hà voluto con intrecci di erudite ghirlande, e fregiare, e immortalare maggiormente il suo nome. Onde di nuouo rendendole affettuosissime gratie, e attestandole viuissime le obligationi, vmilissimamente la riuerisco.

Roma 22. Dec. 1663.

Noi

Noi Reffermatori dello Studio di Padoua.

HAuendo veduto per fede del Padre Inquisitore di Padoua nel Libro intitolato (Veritas Anagrammate explorata,) non esserui cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica; e parimente per attestato del Segretario Nostro, niente contro Prencipi, e buoni costumi, concedemo Licenza à Gio: Battista Pasquati di poterlo stampare, osseruando gli Ordini, &c.

Dat. à 15. Maggio 1667.

(ANDREA CONTARINI Caualier Procurator Reffermator.
(
(NICOLO' SAGREDO Caualier Procurator Reffermator.

Angelo Nicolosi Seg.

Approbatio D. Leonis Matinæ Abbatis Casinensis in Patauino Lycæo Sacræ Paginæ Interpraetis.

IVsu Reuerendissimi Definitorij perlegi Anagrammata P. Io: Baptistæ Becij Nostræ Congregationis Decani, Opus tessellatum amęnis ingenijs iucundum; nihil in eo reperi vel Catholicæ fidei, vel bonis moribus aduersum, ideò vt typis mandetur, dignum arbitror. Datum in Ædibus Diuæ Iustinæ Patauij IV. Kal. Aug. MDCLXVI.

(D. Leo Matina Abbas Sacræ Paginæ Professor in Vniuersitate Patauina.

Facultas Reuerendissimi Patris Præsidis Generalis Cassinensis.

NOs D. Ioannes Baptista à Tiferno Congregationis Cassinensis Præses Generalis &c. Anagrammata P D. Io: Baptistę de Becijs Nostræ Congregationis Decani à Reuerendiss. P. D. Leone Matina in Patauina Vniuersitate Sacræ Paginę Professore recognita, & approbata, Nos, vt typis mandentur, quantum nostra interest, facultatem concedimus. Datum in Monasterio S. Scholasticæ de Sublaca Die XXVI. Nou. Anno Sal. MDCLXVI.

PRO FAVSTO OPVSCVLI INITIO.

Programma.

ORATIO.

ACtiones nr̃as quęſumus Domine aſpirando pręueni, & adiuuando proſequere, vt cuncta nr̃a oratio, & operatio à te ſemper incipiat, & per te cępta finiatur.

Anagramma purum.

ITA ORO.

DEus à quo ſunt pretioſa ſapię̃ dona, pro tua pietate nunc miſerere, vt à principio ad finẽ, aptè, ſapienter, in corde recto, ſano, virtuteque vera omnia tractem.

XII

MIRACVLVM
Centum ſupra triginta
Anagrammatibus decantatum
DE SERENISSIMA
In cunctis miranda
VENETORVM REPVBLICA

PROGRAMMA

Inclyta Venetorum Reſpublica Adriæ Sinus Regina.

Anagrammata.

1 IVrè nunc plaudite, Clari, Vniuerſi Orbis Magnates.

2 Valdè mira, prorſusue inſignia lubenter accinite.

3 Iurè carminũ reſonet plauſus, liberi dicite magna.

4 Venite huc ad ſatis nobile, inſigne rarum, pręclarũ

5 Orbis Miraculũ, reſpicite ni grandia, plenè venuſta.

6 Aſt VII. ſuper miraculũ digna ſine labore recinite.

7 Currite libenter ingenioſi ad ſanum Sapię Oraculũ.

a 8 In

8 In huius Regia plurima recensenda Virtutis bona.

9 Viri in cunctis plenè sensati Vrbem auro, glię aura

10 Clarã adeuntes, serij, liberi erũpunt in voces magni

11 Stuporis. In Vrbe nimiè digna aurea relucent secla.

12 Hinc Itali, nec raro, Ser.me Regię vbiuis dant plausũ.

13 Celtę Iberi, Germani suis in oris nec parum laudant.

14 Cui applaudentes alię Orbis gentes, nunc Viri rari

15 Auream ter nobilis Curię Aulam, insignis Prudentię,

16 Sanę Sapientię Regnum credunt. VII. Orbis Miracula

17 Iurè laudare sinunt, Regię Vrbis spectando limina.

18 Parui ducunt enim bellas Cyri Regias auro nitentes,

19 Nunc Artemisię magni nitoris Sepulchra, Delubraue

20 Spernunt cultu rara, celebria Dianę, Iouis Imagines.

21 Nec iuuat amplius celebrare ruinas ingentis Rhodi
22 Statuę, nec Babylonis nunciare gyrũ, vel Pyramides
23 Mirari ęgyptias : In vna Sali Vrbe decorè vna lucent
24 Ea in gradu, in luce benè pręſtanti Orbis Miraculis.
25 In Vrbe aurea, & Virgine plenè noſcitis Simulacra,
26 Delubra, Mauſolęa verè in cunctis pretio inſignia.
27 Numerantur inibi aedes, ſepulcra omnia regij cultus,
28 Viri Virtute in Orbe grandes, celſa Sapię columina,
29 Viri in iuuenta pręcani, Caretis Mole plus grandes.
30 In Vrbe iſta omnia mira, ſecunda pręcellunt regijs
31 Gyris, ac muris. Nunc venite, videte in Salo pręclara.
32 Verè in varijs ſub Sole nitent perdigna miracula.
33 Nunc plaudite Viri clari, gentes, mira obſeruantes

34 In S. Marci ędibus, ſingulaque auri nitore ter plena.

35 Vbi oīa peregrina inſimul diſcernuntur ſelecta.

36 Inibi clauduntur oīs generis arma, hęc plura, & ſine

37 Numero, ſingula niſi rara, & ſuperbè culta indicite.

38 Vrbis Regiam prędicans millia noua, venuſta cernite.

39 Sunt ibi rarę, inſignes, ac omni laude clarę picturę,

40 Inſigni manu ſuperbę, & aureis circulis adornatę.

41 Vt in Regia picturę nimis nobiles, manus valde rarę,

42 Sic in Sali Vrbe dignè venerantur multa opera inciſa

43 In ęre, in lapide, omne ſub ritu, ſingulari cum arte.

44 D. Marci Area in ſingulis venuſta pręlucet in orbe.

45 Ibi vnâ ęnea, columnę, periſtylia grandis ſtructurę.

46 Cuius aedes belli, rari ornatus, nec non pretij magni.

47 In

47 In Area Turris belli, ac magni operis, vnicè venusta.
48 Grande Incile vbiuis, nec in sola sui parte est rarum.
49 Vbi lares varij, magni, ante, intus, circum splendore
50 Valde insigni, ac aureis superbè ornati, mirè lucent.
51 Ingens Pons, Curia Riui alti iurè summè celebranda.
52 Lapidū congeries nimia, structurę inenarrabiles.
53 Lunę, Lesbi, Numidię euiscerantur agri, dant Parij
54 Nunc abundè varios, & magni reuera pretij silices,
55 Vt Vrbs omni lapide rara, vna nec luce ritè insignis,
56 Vnica sit in Orbe verè grandis, & plena miraculis.
57 Sępius fabricę ordines hìc mirè, lautè vnâ ligantur.
58 Vbi Doricus innumera, verè bella, insignia pręstat.
59 Ibi Corynthius varius nec parum elegans latè ridet.

60 Mis-

60 Misti variè sculpta recensentur: ea in gradu nobili.

61 Ionij in simul nec desunt rara, regia superbè culta.

62 Hetrusci ordinis regula nil vana, & superbię amica,

63 Lege sana, planè mira cum ceteris vnitur ordinibus.

64 In Emporij Calle varia in sericis abundè teguntur.

65 In omnibus, ac singulis auri aura rectè resplendet.

66 Hìc vniuersa vnà rident in orbis plagis mirè electa.

67 Dignę, pręclarę, nimiè cantatę Sali Vrbi vniuersus

68 Orbis plenè dat vniuersa, vt insigni luce mirè clara

69 Iurè sit vnicè mira, & in nulla orbis parte secunda.

70 Nauale ter clarũ, insigne iam indico ritè superbum.

71 Oĩa in cunctis verenda, regia, suprema. Nullibi artes

72 Belli, vt hìc. Nauigia cernite, sed prorsus innumera.

73 Igne

73 Igne, ęre, chalybe, armis vnâ simul pro-
uidè instructa,
74 Pulcrę, & rarę magnitudinis, nec aliàs in
orbe visę.
75 In Sali Regno, seu Sali Vrbe iurè cuncta
pendite mira.
76 Nunc subijcio valde singularem, & rari
sane pretij
77 Thesaurũ. Ibi plenè clara, & mirè insi-
gnia conduntur.
78 Hìc lucent insimul rarę ingentes opes Da-
rij, Arabum
79 Crassi, Cręsi, plenè abundat, viget auri
nitor lumen.
80 Nec sine stupore vel grandi ibi varia cla-
rent summi
81 Valoris: Iaspides, carbunculi innumeri
& genera
82 Cuncta lapidũ: ea in omnibus generis ve-
rè alti, rari.
83 Singula, veluti bis mira, sic ter precio ve-
neranda.
84 Ibi Achates, vniones plurimi in gradu
raro lucentes.
85 Vbi thoraces varij, ac singuli nec parum
renidentes

86 Ada-

86 Adamantibus. Nil hìc ni ſingulare, & & verè precioſum.
87 Parui ſunt ter magni, valde nobiles Cinyrę theſauri,
88 Nil Midę aurũ: Theſauri ſuperbi nunc canite glorias.
89 In Solis Regia cuncta aurea ybiuis mirè ſplendent.
90 Hìc ſub cęlo penitus mira aura ſingulari renident.
91 Sed hęc ni in vmbris reuera ſignaui. Pulcriora latent.
92 Nunc altè pendo Curiam altis, ac regijs Viris vberẽ,
93 In gradu venerabili cunctis mirè plenam theſauris.
94 Sunt in Senatu Viri verè nobiles, magni, ac pręclari,
95 Viri in negotijs ardentes, aura plurima lucentes,
96 Mellei, facundi, ac ingenij venuſtate prorſus rari,
97 Prę magna orandi vi Tullij verbis, ſenſu rectè ſani,
98 Aurei Demoſthenes nil vani, ac in pluribus ter grati,

99 Natura graues, consilij vi, omni pruden-
tia celebres,
100 Sensu alti, liberi, arguti, ac prę omnibus
venerandi.
101 Vrbs digna, vnica Sapientię Curia, Ter-
rę Lumen, Sol,
102 Dignum planè Athenęum, vbi Seniores
rari, scĩa culti.
103 Virtutum Curia benè censenda mira
Apollinis Regia.
104 Illius verba nunc iurè canitè mera tri-
podis sensa.
105 Admiratur sanus in verbis cunctis A-
pollineę Regię.
106 In Aulę Consilijs Astręa cum Pruden-
tia Vrbẽ regit.
107 Eę vnâ sunt Regni liberi columina, ca-
stra, pręsidia.
108 Cretę Insula, Regna vnde per lustra V.
ab oĩs inimici
109 Lege, et incursu libera, nisi mira Cato-
nũ Prudentia?
110 Prudentię vi muniunt Regni oras, belli
acies, arces.
111 Latè riguerunt insani, vesani, improbi,
ac crudeles

b 112 Lupi

112 Lupi Thraces in Insulam, et adhuc nō sine rabie. Rugire,

113 Rigere, vlulare nimia superbia cęci non sinunt. Ast

114 Ridet Villa, inibi nouus sanè Cęsar acerrimè pugnat.

115 Vbi Marci Leones Thracū irę pręlia sudant sanguine.

116 Creta Dña cursuum in Vrbes Italię, Regni Neapolis,

117 Sicilię, Prudentię sub Regno à manu Canis liberatur,

118 Acer vt Lupus desinat ab re gannire in Christi ouile.

119 Sali Regia in cunctis mira vnâ vber Sale Prudentię,

120 Sapię, omni nitore clara, grandis vniuersè lucebit.

121 Vrbem igitur Sali, Solis hìc renunciate venerandā.

122 Colite nunc in Vrbe ista verè dignum Sapię Larariū,

123 Nobile, aureum altę, insignis Prudentię Sacrarium.

124 Iam currite probi Dñi, clari Iuuenes, alti Senes,

125 Plau-

125 Plausu recinite grande; et insigne Orbis Miraculū.
126 Vrbis ita clarę iam nunc Vniuersi pendite glorias.
127 Angli, Iberi, Ister, Indus, Persę, Mauri nunc alta voce
128 Pręcinant, Ō ter mira Sali Vrbs dignè viue in secula.
129 Iurè recinant alij, Dignè Tu luceas in Orbe suprema.
130 Innumera silet graculus, Viri probè sani edicant.

CRETENSI INSVLÆ
Turcarum septæ obsidio
CONSILIVM
Anagrammate excogitatum.

Cretensis Insula.

Anagrammata.

1 *Nunc iurè sis lęta,*
2 *Vel sta sine curis,*
3 *Instrenuę Classi,*
4 *Insistens secura.*
5 *In Turcas es lenis?*
6 *I, trunca, nil cesses,*
7 *Nec sit reis salus,*
8 *Trucs laniena sis.*
9 *Arcus tende, nil sis*
10 *Lenis Turcis: Ense*
11 *Lanceis instrues*
12 *Vel nostris acies:*

13 *Tur-*

13 *Turres hinc lineas*
14 *SecesTyranni, vel*
15 *Vſtas in cineres*
16 *Vertas, in ſilices.*
17 *InTurcas ſæuiens,*
18 *Vel iris ſcatens,*
19 *Lanies truces, ſis*
20 *Sceleſtis ruina.*
21 *Sirenis es cantus,*
22 *Scitè lenis aures,*
23 *Turcas ſic leniens,*
24 *Claro nites ſenſu.*
25 *Nil ſenſus inTrace,*
26 *Is ſanè nil rectus,*
27 *In te Crucis ſenſa,*
28 *In te Ieſus clarus.*
29 *Sine niſu certans,*
30 *Lunę ſternis iras,*
31 *Cultro, enſe inhias,*
32 *Sultaneis Regnis.*
33 *Reſiſte nunc malis,*
34 *Luctari nec ſines,*
35 *Sultani ſic hęres,*
36 *Centenis es lauris.*
37 *Sint lauri neces,*
38 *Sint cineres laus,*
39 *En ſeruus is canit,*
40 *ęterna ſis in ſcla.*

CRETA
Anagrammata.

1 *Certa*	11 *Caret*	21 *Ritè, ac*	31 *Arcta,*	41 *Serta*
2 *Recta,*	12 *Tetra*	22 *Rectè*	32 *Vre, ac*	42 *Paret,*
3 *Ac ter*	13 *Arte.*	23 *Alter-*	33 *Crema,*	43 *Cetera,*
4 *Acer,*	14 *Certè*	24 *care.*	34 *Trahe,*	44 *Terra*
5 *Acrem*	15 *Errat,*	25 *Cetrà*	35 *Ac tere,*	45 *Cartà,*
6 *Arce*	16 *Creat*	26 *Freta,*	36 *Trucē*	46 *Et cerà*
7 *Tracē.*	17 *Arces,*	27 *Retia,*	37 *Carnē*	47 *Petrà,*
8 *Certat*	18 *Rates.*	28 *Crates*	38 *Tracię.*	48 *Ac ęre*
9 *Tracs,*	19 *Trūca*	29 *Tu crea.*	39 *Taceo.*	49 *Clarè*
10 *At nec*	20 *Artes,*	30 *Carpe,*	40 *Aeter*	50 *Canet.*

ANAGRAMMATICVM ILLICIVM

Ad Eucharisticas gustandas Delicias
in Templo Sanctimonialium
D. Petri Vicentinæ Vrbis
Ord. SS. P. Benedicti.



PROGRAMMA.

Sanctimoniales Monasterij Sancti Petri de Vicentia.

Anagrammata.

1 VEnite Pij. In Sacra Altaris Mensa scitè Domino canite.

2 Christi Carni in Pane caelitus dato mente, animo sistite.

3 Maiestas, & Amor, nisi in Pane isto cęlesti, indicantur.

4 Comedite Infirmi, nā Panis caelestis in Coena attritus

5 Hianti creaturę, nisi plenissimam concedit sanitatē.

6 Laeti, non tristes in ara accipite Domini escam. Venite

7 Potentes, iā accedite Magnates clarissimi non inuiti.

8 Venite.' Simila Panis nitidę arę Christi escam connotat.
9 Venite Sanctisimi,ac ĩ ara cęli mentis dona reponite.
10 Conciti venite omnes alij,Parata estChristi Dñi Mensa,

EVCHARISTIA.

Anagrammata.

1 Hìc Iesu Ara,
2 Iustię Arca,
3 Christi Aula;
4 Dei Charitas.
5 Hìc Veritas,
6 Iustis chara,
7 Charis Vita,
8 Et Sacris Via.
9 Via hìc recta,
10 Purè hìc asta,
11 Iustè hic ora,
12 Spera hìc Vitã.

Eucharistiae Sacramentum.

Anagrammata.

1 Summè chara sic enitet aura,
2 Vera summę Charitatis Cęna.
3 Ex hac Area triticum sumens,
4 Viua Charitate Carnem sumes.
5 Cum Carne Iesu ah! mirè astat

6 Anima verè ſancta. Huc, miſer,
7 Curre. Hęc Amantis Ieſu Aetna,
8 Chara vitę, animę ſecuritas.
9 Iſta caeli munerum Arca eſt,
10 Ac aeterni ſumma theſauri.
11 Hìc ſta, at veram Carnem Ieſu
12 In hac Ara iuſtè, ac ritè ſume.

Currunt omnes ad regales Agni nuptias, atque ad firmandam synceri cordis pietatem, anagrammate mentis munera deferunt.

Iacobus Vitturi Vicentię Prętor, et Vice Pręfectus cum omni ſua Curia.

Anagramma.

Ecce cuncti pijs votis, puritatis ore cibum vitę fructuosè veneramur.

Omnis Eccleſiaſticus Ordo tam Regularium, quàm Secularium Vicentinae Vrbis.

Anagramma.

Arę Sacrę Miniſtri ſummo iubilo atque iugi cultu cęli Menſę en corda ſacramus.

Decemuirorum Magiſtratus nobilis Vicentinae Ciuitatis.

Anagramma.

Diuini Amoris gratias cuncti mentis iubilo, voce teſtamur.

Sacer Consulum Magistratus Vicentini Areopagi.

Anagramma.

Nunc Iustitię Soli in Ara cum prece agamus grates.

Olimpicorum Academia Vicentinę Vrbis.

Anagramma.

Ecce Dei Ara. Inibi omni cultu iam oremus.

Proceres, & Ciues omnes Illustrissimae Vrbis Vicentinae.

Anagramma.

Nobile Corpus Christi Iesu in Mensa ista cęlesti reueremur.

Mercatores, et Artifices omnes Vicentinae Ciuitatis.

Anagramma.

Tota animi vi, ritè, rectè, non fictè, sacrę sistimus Cęnę.

Omnes Cantores Vicentinę Ciuitatis cum vniuerso genere Musicorum.

Anagramma.

Vt mente, votis Iesum in noctis Cęna reueremur, sic ore vno accinimus.

Omnis populus, et gentes intra, ac extra Vicentinam Ciuitatem.

Anagramma.

Cuncti, etiam à longe, venimus, citi portantes munera pietatis.

Perusinam lustrante Vrbem in Nocte Cœnæ Domini Sanctissimæ Annunciationis Sodalitio, ac Venerabilem Christi Crucifixi gestante Iconem, quæ singulis tantùm decennijs solenni pompa per eandem Vrbem solet deferri,

AVGVSTÆ PERVSIÆ
Pietas
In Iesum è Cruce pendentem.

Programma.

Saluator Mundi salua nos, qui per crucem, et sanguinem tuum redemisti nos.

Anagramma.

1 Ecce Agnus Dei, natus, mortuus Patri
luminum ritè ęqualis, omnes adoremus.
2 Regum Dominus valde sanctus, cum in-
ter malos, infames, iniquos reputatur,
3 Procidamus ante illum, quia moriens,
etiam tunc verus, magnus Deus noster.
4 Ad te, ò Domine, nunc clamamus. Mise-
rere nostri, quia tu magnus, tu vel pius es.
5 Cuncti nequam, terra, vilis limus; at tu
Deus magnus, maior super omnes Deos.
6 Memento nostri Deus: da gratiarum mu-
nus, lumen eis, qui sic procul sunt à te.
7 Qui tam magnus es, parce, mortis sana
vulnus, vultum ostende misericordię.

8 Nunc

8 Nunc omnes implorãt. Da munus, da manus tuę gratię tu, qui valde es misericors.

9 Illumina corda, auge vnà sensum, qui misertus es turpi morte condemnatus.

10 Te pie Domine laudamus. Tu Magnus, Sanctus Sanctorum, miserere iniquorum.

Omnes flexo genu ante Crucis thronum Regum Regem adorant spinea redimitum corona, cui & tenerrimo sensu obsequij tributa anagrammate offerunt.

Horatius Monaldus Episcopus cum Canonicis Augustę Perusię.

Anagramma.

Viuat Iesus, Populi, ac Gentes. Hìc nos in Cruce passum adoremus.

Ioannes Lucidus Palumbara Perusię, & Vmbrię Prętor cum sua Curia.

Anagramma.

Ecce pro reis vulneratus amabilis Amor. Vbi pendet, iuuat, curramus.

Virginius Castaldius Vicarius Generalis cum toto Clero Perusino.

Anagramma.

Regius cęli Pastor, ni causa nostri Crucem, voluit. Singuli adoremus.

Fran-

Franciſcus Galaſsinus Inquiſitor Generalis Peruſię, Vmbrię, cum Vicario, & ceteris Miniſtris.

Anagramma.

Iniquis Crucis ſtratis inimicis, vera nobis gloria, laus erit flere Regem in Cruce ſuſpenſum.

Priores Populi, ac Magiſtratus omnes Auguſtę Peruſię.

Anagramma.

Ieſus pro ingratis appenſus patitur. Colamus ergo eum.

Auditores Rotę, ac Collegium omnium Doctorum Auguſtę Peruſię.

Anagramma.

Amor odio multa patitur. Nos eius Crucem deuotè lugere cogimur.

Maffeus Roſarius Dux Militum Peruſię, ac Vmbrię cum cohortibus ſuis.

Anagramma.

Iuſtum Ieſum Crucifixum probris heu! libatum fusè decoramus roſis.

Comes Petrus Gabrielius Peruſinę Arcis Prefectus cum ſua Militia.

Anagramma.

Crucis claui arma, sagittę, sic verè inferis populis prębemus metus.

Omnes Sacrę Claustralium Cohortes Augustę Perusię.

Anagramma.

Cruci astamus, ei hęremus, pro seculi salute rogantes.

Insensatorem Academia, ac omnes Studentium Scolę Augustę Perusię.

Anagramma.

Pio Iesu Cruce suspenso, cuncti, vbi manèt, iuremus grate:

Omnes Confratres, ac Consorores Augustę Ciuitatis Perusię.

Anagramma.

Eia gentes Crucis consortes, Iesu hic nostra proferamus vota.

Omnes Cantores Augustę Ciuitatis Perusię.

Anagramma,

En sonitu, et prece sacro Iesu iusta agimus.

Mercatores, et Artifices omnes Augustę Ciuitatis Perusinę.

Anagramma.

Tota ars sit, ritè agnoscere Iesum, seu pietatem Iesu in Cruce.

Omnes

Omnes populi, ac gentes cuiuſcunque gradus Dominij Peruſini.

Anagramma.

Pij nudo genu oremus Ieſum, qui in Cruce culpis ignoſcat pęnas.

CONCEPTVS RHYTHMICI

De Immaculato Virginis Conceptu
Anagrammate contracti
In verbis Hermanni Contracti
Beati Patris Benedicti Filij
Beatam ſemperque Benedictam
Virginem Matrem
ita ſalutantis.

Salue Regina, Mater Miſericordiae,
Vita, Dulcedo, & ſpes noſtra, ſalue.

Anagrammata

1 AD te Virgo, reis pia, clamamus è corde,
Intemerata tu es, vlla ſine ſorde.
2 Sola orta ex ſtirpe Adam, Arca Dei es,
Verùm originale vlcus in te deeſt.
3 Munda Sedes es ipſi Deo merè grata,
Tu purior lilio, ante ſecula creata.

4 Egreſſa ſine culpa de aluo Matris,
Redemit in cęlo Deus à reatu Patris.
5 Verè redemit Deus, et ſi eras mortalis,
De caſu, nota culpae originalis.
6 Vt eſſes Ara, Deo cara, & ſummè pura,
Doli originalis en deeſt in te cura.
7 Iſta ſine cura mirè nata Deo plaude,
Tu rara Temis es, celſior Sole gaude.
8 Ter Iuſtā ſine errore te laudamus,
Concepta es illęſa, dignè adoramus.
9 De vtero ſine ſorde orta es ter pia;
Euge vel ſancta, dulciſſima Maria.
10 Sic te collaudant ſemper Adæ Eurę nati;
Eruas à dolis reos, erimus grati.

Non



On te lateat, humanissime Lector, me hunc Rhythmum crassiori Musa Virgini integerrimæ decantatum extruxisse, ad nutum Reuerendissimi Domini Petri Philippi Florentij, Auximanæ Cathedralis Archidiaconi, qui totus Marianis intentus encomijs, manibus, pedibusque studuit, terra, marique laudum legere flores, ac gemmas, quibuscum semper Immaculatæ cælorum Reginæ serta compingeret, eamque originalis culpæ integram, libello integro prædicaret. Rhythmo absoluto, ratus fui, non ab re esse Viri in Virginem tam propensi nomen euoluere, eius vt deuotioni, flaccido licèt anagrammate, corollam retexerem, eruendo, ipso ex nomine Virginis Matris, Conceptionem, lilio, & niue candidiorem. Nescio me hercle! quanam via ingenioli mei vmbræ peruenerint ad Illustrissimum, ac Reuerendissimum Dominum, Ioannem de Caramuel, Campaniensem Præsulem; huius enim Metametricam protenso excurrens supercilio, inopinatò oculis fit obuius meis Anagrammatismus, quem in aliquibus mihi suspectum, in primo sui ortu, ignis flamma consumptum cinereo condideram sepulchro. Præclarissimi Viri ne gratijs sim ingratus, atque, vt pateat Mundo, me minime flocci face-

re, quæ suæ lucis aura illustrauit Illustrissimus Virtutum Sol, ac præcipuus Dominus meus, ad tanti luminis claritatem reuiuiscat è cinere emortua, meæ exiguitatis facula, iterumque gratia Domini mei ad lucem prodeat, nouis licet quibusdam scintillulis adumbrata.

MARIA-

MARIANÆ CONCEPTIONIS
Integritas
Anagrammate explorata
In Nomine
Religiosissimi Viri
Reuerendissimi Domini
D. PETRI PHILIPPI FLORENTII
Auximanæ Cathedralis Archidiaconi
Ipsi Conceptui Serta colligentis.

Programma.

Petrus Philippus Florentius Auximanae Catedralis Arcidiaconus.

Anagrammata

1 XPiparae illustrans Conceptum, huic solida, niuea, pia fundis serta.

2 Variè concipis, solius Dei Parens, Filia parentum culpas haud traxit.

3 Hanc pius Deus praecinxit virtute, simul reparans à piaculis, à dolo.

4 In aluo radix pura, Io. Ante, siue post partum culpis carens, ac Fidelis.

5 Stella caeli, Xp̃i Mater, Hanc Dñs possedit à principio viarum suarũ.

6 Valdè pulchra,ac prorſus nitida, in vteri axe non fuit paſſa eclipſim.

7 Ipſa Sol. Sola,vt indicas, prẹter Xpm, in vulua,ſine peccati arrha fuit.

8 Adami ſatis filia,non hẹres,cuius pudor à parentis culpa excipitur.

9 Serpens dat vxori eſcam,haec marito, cadunt filij, ipſa pura,nullius

10 Peccati paſſa terre noxam.Huius puritas lilio,& niue plus candida.

11 Pro illa Chriſtus carnem ſumpſit, et ſi pia,innoxia,vel cara apud Deũ.

12 Idcirco fusè redempta, et ſi ſana; vel pro culpa nil anxia ſuſpirauit.

13 Hinc culpẹ fit prorſus innoxia. Eadem Diua plus alijs,ter pura ſãcta.

14 Hanc Sol Xps Diuinitatis voluit Arcam. Sic ei plaudens,fer,prẹpara.

15 Corollas Mariae Conceptui, ſi his plaudens ineptus,iura fraudat Xpi.

16 Huius candorem clarè pinxiſti; huic vnà laudis flores aptè paraſti.

17 Huius puritate expendiſti. Præçlara lucis corona,palma fis dignus.

18 Alta

18 Alta hinc praeconia prodimus, ritè pius, clarus diu niteas ex plausu.
19 Xpiparae fundens lilia, ac lauros, ita Christo canimus. Perpes viuat.

Petrus Philippus Florentius Auximanae Catedralis Arcidiaconus.

20 Oh ipsi plaudimus. Felix viuat, sint e prospera cuncta, clara, serena.
21 En [a] Pax his conceptuum filis, Auctori Serti laudis praeludia parans.
22 Ni Rex, Pacis Cultor, et Filius, his pausans, laudum prçconia deierat.

a *Casinatum Insigne*



Conceptu Virginis semper benedictæ, ad partus venio Benedictinæ Propaginis. Pretiosiores inter gemmas, è terra ortas, quæ vberes dedit semper benedictionis fructus, enitent præcipuè Placidus, & Maurus, ambo cum Monachorum Protoparente *Aniciorum nobilitate insignes; omnes sanctimoniæ splendoribus vtcunque ter clari. In hoc trino omnes metire perfectionis numeros. Eodem pene tempore*

hæc duo Anicianæ *Vineæ germina, cæli palmitibus inſerenda, teneris annis ſatis experto offeruntur colono, qui morum candore magis, quam ætate canus, ſenium præferebat; ab ipſo nanque pueritiæ ſuæ tempore, ætatem moribus tranſiens, nulli animum voluptati dedit. Cognationis vinculum obedientiæ ligamine fortiùs obſtringunt cum ipſo, qui ſummus Occidentis Pater, ambos adoptat in Filios, vt vitæ in oriente inſtituat in via, quæ ducit ad vitam, occidentis neſciam. Regales Filij Benedicti gregales facti, ius acquirunt ad Regnum gregi benedicto à Mundi conſtitutione paratum. Regnis, Imperijs poſthabitis Dei ſeruitio, quod regnare eſt, diuitijs, delicijſque deſpectis, quibus exuberant quàm maximè Aniciorum* Regiæ, *ab vbertate domus Domini ijs replentur theſauris, quos nec erugo, nec tinea demolitur; atque torrente voluptatis potati, poſſident regnum, in quo regnabunt cum Domino* Deo *forti in perpetuum. Aniciana Familia, Hieronymi eloquio ita illuſtris, vt* nullus in ea, aut rarus fuerit, qui non meruerit Conſulatum, *quæque Baronij elogio*, decorata non ſolùm fuerit Conſulibus, & Imperatoribus, ſed & illuſtrata Martyribus, & Confeſſoribus, *vtique Virgineo Benedicti, & Mauri confeſſionis candore, nec non Placi-*

di

di gloriosi Martyrij sanguine, satis, superque decoratur. Placidi, Mauri gesta humili, vt potui, anagrammate retexui, magni Patris reticui; quia, vt alibi te præmonui, iurè noluit Pica cum luscinia certare. Ast ne lateat Sol in templo Dei refulgens, à quo Placidus, & Maurus, veluti Sidera, lumen mutuant, excipe hìc Vitam Sanctissimi Patris anagrammatibus centum ingeniosissime explicatam à Doctissimo Viro, Reuerendissimo Domino D. Iosepho Costalta, hodie S. Xysti de Placentia Abbate optimè merito, Domino, ac Magistro meo, atque Illustrissimo Domino Càramueli, qui Vitam ipsam in sua Metametrica ponit, Charissimo. Spectabilem igitur viuendi normam hoc stylo excogitatam libenter inspice, nec meum despice stylum, si aliquando, quæ Sole clariora, obscuro videas circuntecta velamine; vt enim aliàs dixi, anagrammatì libera plerunque interdìcitur fandì facultas.

SANCTI PATRIS
BENEDICTI
VITA

Centum Anagrammatiſmis deſcripta.

Benedictus Anitius Monacorum Patriarca.

ANAGRAMMATISMI.

NVnc audi Vir, arcana mira,& obſtupeſcito.
Prodam tibi Naturæ, ac virtutis conamen.
Accipe. Do tibi Virum,nec natũ. Sancta orat
In ſacro Abundantiæ vtero Puer, ſic canit.
Nurſia ſtat canora. Benedictum ortũ capit.
Eupropius canit, ac breui dat Natum Romanis.
Pia Anitiana Domus,cor Vrbis carum tenet.
Roma indoctus abit,ne merè vanis capiatur.
Arua corde dimiſit;Sublacum arcano petit.
Orans Capiſterium vnit, ac bonũ dat carae.

Nudus

Nudus vestem, & cibaria à Romano accipit.
Sub Crypta iacet Vir; vndè Monastica Norma.
Rumpit Canis, Æs sonorum; ac Vir nec cadit.
A viro non abest Deus; immò hic cuncta parat.
It munis Presbyter, ac dat cara vna cum vino.
Pastor ait; Num bestia, Hic, an Vir? Carum Adeo.
Capiens cibum à reo, dat Cor, nutrit Animam.
In spineto accubans, Amoris Arcum deuitat.
Monasterij bonam curam, Vir adactus cepit.
Cœnâ virus à Monachis Patri datur. Nec obit.
Actâ Cruce, en abijt Mensâ virus, Domo Pater.
Tria supra nouem Monasteria nunc dicabit.
Erat; nominabatur Primus Occidentis Abba.
Maurus, ac Placidus noti, boni, rectè amantur.
Monacus à Patre, in carne vi ictus, diu orat.
Ab rupe Montis non recti Curis ducit aquam
Ferrum sicut Natans accedit, pio Manubrio.
Maurus ab Aniene concito Placidum trahit.
Inimici Panem, coactus Coruus terra abdit.
Casinum cum Renatis adit, ne Amor Arcu obsit:
Presbyteri, ni amari, Acta, Casum condoluit.
Casini carus Pater Dœmonium constrauit.
En victor, Martino, Baptistæ sacrum dicat.

Casini Terra, omnibus prædicat cor nouum.
Indicat Pater, an sit Oceanus Miraculorum.
Dœmonium in vna petra. Carus orat, sic abit.
Mens rapta Natis. Coquina comburi videtur.
En Carum. Orat, ac spectrum ignis vani abit.
Intimè orat, ac sanat Puerum ruina occisum.
Caris en diuinat sumpta cibaria. Commonet.
Arcana ait. Corripit sumentem cibos in via.
Arcanum Totilæ, cum bardis, in seruo capit.
Repone (dicit) cara, arma. Non est ius tuum Abi
Iustorum bona nactus mirè edicit arcana;
Nam Carus, Totilæ prædicit Annum obitus.
En diuinat. Roma, vna, Caput Orbis marcescet.
Vi oris accinctus sanat Dœmonio arreptum.
Hic re sanatus, ab Dœmonio iterum capitur.
Nam vetitus à Caro, accipit sacrum Ordinem.
Pater ruinam, occasum Monasterij diuinat.
Is noscit vina abdita, ac monet Puerum cara.
Minor paret. Ecce atrum. Vasi abdito Anguis.
A Moniali orante accipit munera subditus.
Nato is Orbi mirus, accepta munera diuinat.
Patri Monacus inseruit, ac vana corde init.
Arcana vir scit. Nato diuinat cor superbum.
En farina votis parta. Bis centum modia. Cur?
Panis non erat Caris; ac Deum orat ob victum

Asci-

Aſciterium à Natis conſtruendum Cari ope.
Monaſterium Pater in Viſu creat, ac condit.
Corripuit Natas ter maledicas in Monacum;
Cara communione duas is priuat, ni taceant.
Mortuas, non vnitas reijcit Arca peccatum.
Hic mortuas abſoluit. Diu permanent in Arca.
Natus amatus en Patri inobedit, ac moritur.
Sana terra proijcit Natum, nec Diuo carum.
Ob Corpus Domini, en cauſa, terra natum capit
Amans, ac curans inobedienti compatitur.
Cœnobita à via Crucis errans, mundum petit.
Viri iuſſo Draco næ premit Natum, ne abeat.
Puerum ſcabie orta in carne ictum, is ſanat.
Debitis arctus orat Pium numos. Nec in Arca.
Oratus orat. Ecce numi. A Pio manibus dantur
Hic Pater, ni bonus, ſanat viro cutem variam.
Imperat Carus Oleum dari. Natus ibi non dat.
Sancit, vas vitreum non datum, Arce proijci.
En datur ſanum, vas proiectum, Cor cari Nati.
Ob accidens næ mirum ſtupet Cor nati auari.
Is Pater nunc orat, ac ibi dat Oleum, ni maius.
Eijcitur ab Nato Dæmon, curis, manu Patris.
Arctus à fero, manibus, vi, Patrem inuocat.
En Viſu canina corda premit; Arctum ſoluit.
Ruſtici Natus ob Parcæ manum, en adit Orcum

Ru-

Ruſtici Natum is voce abripit à cana morte.
Pater vna cum Natis adit vicinam ſororem.
Inuita ſorore nunc is amat, ac cupit abire.
Orat Scolaſtica, vt imbre nunc impediatur:
Ecce nunc it in Paradiſum, Vatis beata ſoror.
Ab Arce aſpicit, Mundum in vno ſole arctari.
Noctu arcana Germani Spiritus adit Cœlum.
Innocuus Pater dat nobis Caris viam rectam.
Iuſtinianus Pium, vt Cor amat. Ecce dat bona.
Ambo Patrueles, varij dant Normas cunctis.
Cor Vatis præſcit vnà Annum, ac Diem obitus.
Pater ſcandit Cœlum via nimis ornata. Cur?
Tot vana, Orbis curas, Carnem. Dæmonia vicit
Nactis cor verum Abbas in ſpecu mira donat.
In imo ſpecu à Beato inſana curatur. It mira,
In ſpecu Virtus Sancti. Ora. Beato animum da.
Nunc Ioſeph Coſtalta Animum dat. I, care Vir.

Ioſeph Coſtalta Prior Sublacenſis.

Anagrammatiſmus.

Sub alis celſi Patris ſto. Hæc pono.

PRO-

PRODIGIVM

Anagrammatibus LX. demonſtratum
In Vita S. Placidi
Monaſtici Ordinis Protomartyris
Sanctiſſimi Patriarchæ Benedicti Diſcipuli.

Programma.

Placidus Anicius Ordinis S. Benedicti Protomartir.

Anagrammata.

1 MIra nunc dicto, & Orbi pando, ſacriſue periſtilijs.

2 Occidentis Aſceterijs priſtina prodo lumina, Vrbi

3 Nobilitatis Primo res, digni Ducis, ac Patroni Decus.

4 Clauſtri primitias nitidas pondero, indico rubeas;

5 Martirio dicens purpureas, nitidas dicito, nobiles.

6 Pro nitidis, puris, & claris caſtimonię candoribus.

7 De ijs ludens, Orbi Sancti Protopatris indico carum.

8 Idem in Vrbe ad lucis portam prodijt Anno Christi 515.
9 De Stirpe primis nota Ducibus, claris nitida coronis.
10 Ipsa prędijs, ditione, moribus cunctis Romę clara,
11 Imperijs, Consulibus decorata, doctrinis pręnitida,
12 Probis cincta donis, Diuorum prędicata in literis,
13 Sanctis super viginti omni Orbi clara se prodidit.
14 Sic nunc satis prędico rarę nobilitatis prodigium.
15 Is in claro ętatis principio moribus ritè candidus,
16 Dei amori, sub Patris Nostri disciplina conceditur.
17 Prisca stirpe in Orbe nitidus caeli Domino dicatur.
18 Primo Occidentis Praesidi in Sublaci ora traditus,
19 Primis additur natis, celebri sociandus tirocinio.

20 In

20 In primis Vrbis Patricijs clarè notus do-
no dedicat,

21 Ac ſplendido Patri concors, ſubdit Mo-
naſterij Iuri.

22 Oppida, nec non Rura, cum Caſtris Sici-
lię ditioribus.

23 Nunc priſcas celebris Romani Ditis pro-
do diuitias.

24 Hinc mirę ſanctitatis prodigia pluribus
conſidero.

25 Sanctę dicationis principio, mira ſedulus
orditur.

26 Caro Pręſidi[a] fit concors in petris, dum ſi-
bilat vnda.

27 Mundo bis pauper, ditior, ac ſanctior ri-
ſit in cęlis.

28 Cibi parcus Mundi proterit dolos, &
Carnis inſidias.

29 Spiritu ſolidus, non niſi acriter, ac probè
dimicat.

30 Carni dum obſiſtit, ipſe ocior ad pręlia
incenditur.

31 Sic pręliando, iter conſtruit ſibi ad Do-
minum pacis.

32 In ſacris ludis, niſi prompta concurrit obedientia.

33 Pr̄is imperia bis ter dulcia ducit, dicit, non oneroſa.

34 Dictis protinus parendo, Abramo en dicitur ſimilis.

35 [b] Si cadit in vndas, mox conſcio Patre, liber diripitur.

36 Siculis dein oris traditus à Cenobitarum Principe,

37 Inibi pro Domini laude, & Sancti Pręcurſoris, dicat,

38 Struit Cęnobium, inde Sacri Patris prodit conſilia,

39 Plurimis, pro ſacra Dei cantione, additis tironib̄us.

40 Intactis moribus in dies clarior opus Dn̄i prędicat,

41 At is ſic prędicans, dulci Domini roborante Spiritu,

42 Bis praui, nec non doloſi Piratę diritas ſic cruduit,

43 (Le-

a P. Benedicto inter petras Sublacenſis ſolitudinis fontem diuinitus impetranti, adeſt.

b Ipſius Patris imperio, in lacum prolapſus, per Maurum ſuper aquas ſicco pede currentem, mirabiliter extrahitur.

43 (Lector, nunc ſi vis, tibi ſiſto, mira prędi-
co, dira pando.)

44 Vt piè Siculis oranti ſcindant, ò dirum! à
pręcordijs.

45 Linguam pręcipiat. Diſcors, dirior di-
centi obſtans,

46 Nil ſibi prodeſt. [a] Iam Ipſe diſcurrit, ac
concionatur.

47 Libens pro Chriſto pęnis dans vitam, à
diris occiditur,

48 Plurimis additis in ipſa certatione con-
cordibus,

49 Ab ipſis tirannis pro cęli Domino durè
trucidatis.

50 Tiranni vndis abſorpti, cęci cordis duri-
ties palàm

51 Indicat diris poenas, cęlum retribuit pijs
coronas,

52 Iunior Mundo abſcedit, pius, ſanctior
cęlos arripit.

53 Impij, & diri lictores, nuda corpora ſi
dant canibus.

a *Et lingua radicitus euulſa, clara voce Chriſti teſtatur fidem. Apud Surium in eius vita.*

54 GordianusCęnobita post dies cum lacrimis diripit,

55 Abdit, ac in Sacrarij sepulcris, omni studio reponit.

56 Is pro Christo cecidit sub annis reparati Mundi DXLI.

57 Iunior sic plurima dictat. Probi addiscant Seniores.

58 Nobilis, candidi Spiritus ardorem cunctis aperit.

59 In Sancto sic nitido paucis verbis ter mira prodidi.

60 Discant Orbis Principes, Mundi vitare tricas, dolos.

GRA-

GRATVLATIO

Quatuor,& quinquaginta anagrammatibus enunciata
Sacratissimæ Magni Patris Benedicti Propagini;
Pro Rebus præclarè gestis
A Sancto Mauro Abbate
Eiusdem Sanctissimi Patris Discipulo.

Programma.

Maurus Anicius Regulę Benedictinę Propagator.

Anagrammata.

1 EVge pura, verè munda, boni, sancti Patris Religio.

2 Magnoperè tibi gratulor, sed paucis vera enuncio.

3 En tu magna,& verè pręcipua nostri Ducis gloria.

4 Cęli portus,egregia,sancta,probè viuendi norma.

5 Ortu egregios,ab vana mundi cura cęlo peperisti.

6 Euge

6 Euge, nunc pando regia ſtirpe aurâ cęli ſubortum.

7 Vti Placidus in Vrbe Roma, primo è genere agnatus.

8 Vt libera, ſacra progenie cum Diuo Patre genitus.

9 Sic è Mundi aula Aſcetarum Gregi benè proponitur.

10 Regiè progenitus ab reparati Mundi ſeculo v. an. x.

11 Regum Regi anno xII. peracto ſuaptè lubens dicatur.

12 Ecce pio Patri bis cęlo generandus inauguratur.

13 Initia prorſus egregia nunc probè ad lucem eant.

14 Caro lumine ignis gratię properè, abundè auctus.

15 Mira dein virtutis genera operans, publica voce.

16 A puri gregis Duce bonis melior aptè enunciatur.

17 Moribus, aut genio angelicus apertè predicatur.

18 Cęli-

18 Cęlibe, purâ, canonicâ vitâ ſupergreditur omnes.

19 Omnibus pauper, cęlica regna beatus ingreditur.

20 Regia natus, Regno clarus, obedientia pręcipuus.

21 Bis gratulor, & paucis verè digna apertè nuncio.

22 S. Patri obediens vnâ in lacu egregium operatur.

23 (Pio ſub grege vide nunc S. Petri renouata miracula)

24 Ea cano. Placidus non ſub mora è gurgite eripitur.

25 Liberans veſtigio pene ſicco per vndam vagatur.

26 Dei enim gratię non vacuus, probus, pręclara egit.

27 Magno Duci, ac Pręſuli ſtuporem iurè ingenerabat.

28 Primo ab vngue, lucis verè clarę portendit ſigna.

29 Cuncta aſpera viuendi genera primo ſubit flore.

30 Iu-

30 Iuuentę; Rigidè ne parum corpus labore castigans.
31 Cibi sanè parcus laudatur, nimiè vrgente sopore
32 In aggestu è calce, saburra proinde requiem ponit.
33 Ita castigando corpus, vel mirè Veneri repugnat.
34 Piâ curâ sub cęli Domino seruiens regnare putat.
35 Plenè puber iam sacro, sanctoue gregi indicatur
36 Prior à Cęnobij Patre, gnauus ad regnum electus.
37 Vir egregius, ac plenè probatus Cenomanis datur.
38 Sic nobilia Garumnę Regna suaui erudit pręcepto.
39 Ibidem regens purus Cato, plura, ac innumera egit.
40 Vir sanè purus, dum è Cęnobio Gallica petit Regna.
41 Benigna sui Ducis epistola magnoperè recreatur.

42[a] Cęnobitarum Pater in cęlorum gaudia pergens, Is
43 A longè obitus verè gnarus Deum precari incipit.
44 Vir vnâ prudens, ac peruigil Monacos beatè regit
45 Ann.xl. Dein purus egregia pietate rarus occumbit.
46 Progenie, Prudentia, Gratia omnibus verè clarus,
47 Septuagenario maior ſuper cęli regna ducitur.
48 In vitę curſu dignè, probè peracto miracula agens,
49 Vir verè probus, ſuę ſanctimonię clarè dat ſigna.
Nunc bis, iterum repeto, Gaude pura, ſancta Religio.
51 Viator, cuncta non perperam ſi legis iurè gaudes.
52 Puro ab vno, plura nunc diſce egregia, & imitare.

a *Benedictum è Caſino ad cæli palatia migrantem proſpicit è Gallia.*

53 Monacus dignè viuere laboret, si regnare cupit.
54 Scitè proponat diu lugere vana, carnem subigere.



CHARITATIS VEXILLVM

Anagrammate explicatum
A Sancto Archipræsule
Thoma de Villanoua
Augustinensis Ordinis
Qui præ nimia in pauperes charitate
Eleemosinarius nuncupatus.

PROGRAMMA.

Frater Tomas de Villanoua Archiepiscopus Valentinus.

Anagrammata.

1 a VUlnerasti ah! Dñe, clauo tuo cor filij amantis pauperes.
2 Hoc vulnere S. Patri Augustino clarè pateo amans filius.

3 Ita

a *Ad Insigne alludit Augustinensis Militiæ, Cor nempe clauis transuerberatum, cum lemmate, Vulnerasti Domine cor meum charitate tua.*

3 Ita iaculatus, non ſine plauſu, ac laude, refero triumphos.

4 Verae charitatis fama vel notus, panis vice, dono pullos.

5 Ientacula domo poſtulans, his eſurienti paraui fercula.

6 Charitatis captus feruore, ſine pallio, vel nudus maneo.

7 Patre vita functo, puellis mea iura donans, ſic volo heras.

8 Pręſentationis Feſto procul à ſeculi aura, à Mundi aula,

9[c] Luſtro pene VI. ſolus ad pia Eremitana confugi clauſtra.

10 Hinc puritate illęſa ſeruata, Deo non paulum carus fio.

11 Variè è Mundo, Carne, Satana ſolus facilè tuli triũphos.

12 In eſu pauper, vt Carnem ludo, ita huius ſterno fallacias.

13 Sola humilitate vanas Inferni pulſo, ac perdo cateruas.

b *Mortuo Patre, omnis ſui æris hæredes facit Puellas S. Mariæ Montis-planenſis.*

a *Anno ætatis* XXVIII. *Mundo renunciat.*

14 Secularia nil ſapiens, fructuoſa è Mundo tuli trophaea.

15 Vt nouus veritatis Praeco fallacis Veneris mala pando.

16 E oris arcu tela iactans, aut mel fundens vitia propulſo.

17 Praedicanti iam plauſus, honores latè fundit Carolus V.

18 Niuis feſto à cella ad paſtorale munus ah! inuitè curro.

19 Marię Natali cultu Dei feruens [a] hoſtias populo ſacraui.

20 Hoc feſto puritatis lumine clarens ad ſuperna volaui.

21 Paſtor hei! electus populi ſaluti nauans Mundo rara feci.

22 Ouili aſtans, & omni hora paſcens, multa cũ laude pręfui.

23 Solertia non vacuus, charitate iam plenus, valdè profui.

24 Fune corpus vlcerans alienae ſtatim prouideo ſaluti.

25 Corde charitatis plaga vulneratus, en inopum ſalus fio.

26 Vt

a *Primam celebrauit Miſſam.* b *Clericum, quem verbis à Venere arcere nequit, ſe ipſum acriter verberans, flectit.*

26 Vt S. Laurentius, opes in caeli thesauro locari mandaui.

27 Lacera veste vel humilis factus, inopia nudatos reparo.

28 Hinc pullas sarcio vestes, vt nudo facilè nouam partiar.

29 Alienas dotaui filias, ast hoc vnum recusaui pro Nepte.

30 Stupens lauda aperta ora fusè mihi in Cruce alloquentis.

31 Horrea ante frumenti vacua, cassa, plus solito plena vidi.

32 Noua haec miracula iussi, vt nulli de foro essent aperta.

33 Auri penuria aureis mille (Deo dante) factus consolatus,

34 His faustè pane, aut panno, aut auro Dei occurro misellis.

35 Vt Pastor paui, non discam esse heluo, ac ventri famulari.

36 [d] Lampetra huius valoris delecta en inopis coena futura.

[c] Crucifixi imago, cum qua sermocinabatur sæpe, etiamnum Palentiæ ore spectatur aperto, ac si actu loqueretur: [d] *Lampetram vltra pretium medij aurei emptam, iterum venundari iubet, pecuniamq; redemptam in pauperes erogari.*

37 Denuo illa venum eat, valor pauperis Christi fiat coena.

38 Pauper in vita allaudatus, sic curo anhelo esse in morte.

39 Cuncta pauperi fusa, donata, sine his valde lętus morior.

40 [a] Vitae fluxu pene clauso, Christum in pane altaris adoro.

41 Viua charitate iam clarus superos peto fines Anno MDLV.

42 Flente populo à vanis ad cęli choreas maturus transiui.

43 Per annos CIII. vel laudatus, Romę Petri Aula Sanctus fio.

44 Anno faustè reparatę salutis MDCLviij. honore, ac plausu,

45 Alex. Papa VII. Mundo clarus inter Sanctos oh fui relatus.

46 Charitate floridus Eleemosinarius palam nuncupatus.

47 Hic ita piè vulneratus palmis, auro altè est coronandus.

48 Chisius nunc Papa [b] Monte, Laurea, Auro, Stellis decorauit.

49 Laus

a *Transiturus de terra ad cælum, in cella in qua iacebat, sacram iubet celebrari Synaxim.* b *Regnantis Pontificis alludit ad Stemma.*

49 Laus Sancto ſenè miro. Aurea ſerta Huic
fundite populi.

50 Haec pullatus Caſinas in laudem Inopum Tutoris refero.

51 His paucis plaudens, tanto Sancto Lauream ferre volui.

52 Diu protraho plauſus, ac ſine fine, clamo,
Viuat aeternus.

Frater Tomas de Villanoua Archiepiſcopus Valentinus.



ENCO-

ENCOMIVM
Ad Maiorem Dei Gloriam
Anagrammate decantatum
S. Ignatio Loyolensi
Societatis Iesu Fundatori.

PROGRAMMA.
Ignatius de Loiola Magnus Societatis Iesu Fundator.

Anagrammata.

1 SAncte salue Vir, toto animo, digna laude iugis sisto.
2 Religionis Sidus, tuta augusta nostrae Fidei Columna.
3 Domo, & sanguine sic alto natus, iam sis gloriȩ auidus.
4 Ast gloriȩ fine sago indutus, militiae donatus, sacco.
5 Diutiùs, sanctiùs, fausto in agone Deo gloriȩ militas.
6 Fausta, gloriosa tuȩ gratiȩ en cano. Domus dissiliunt.

6 Fau-

7 Feneſtrę, dum tanto, ac iugi niſu ita vigilas, doloſos,
8 Siue ignotos vt vites Mundi nodos, retia, ac fallacias.
9 Infracta tibia ne lugeas. Io is modo totus inde ſaluus.
10 Apoſtoli vt dignatus viſione, gaudens meliora facis.
11 Sat vigil ſacra legendo nouus, notus fis Dei imitator.
12 Mundae Virginis viſio ſancto gaudio ſat te focillat.
13 ᵃIſtius ſanctitas longè erit fędo à dolo à nugis Mauri.
14 Dolo fortis adſtas. Euge. In vanum iſte cuniculos agit.
15 Induſia tota auro fulgida, onuſta egeno iam ceſſiſti.
16 Fune ligatus, gladio ante aram poſito, ſic niſi deuotus,
17 Tota ea nocte S. Virgini laudis melos agis, vota fundis.
18 Flagris, & ieiunio te caſtigans voto Dominum laudas.

a *Os obſtruit Mauro Maumetico, contra Deiparæ Virginitatem à parte obloquenti.*

19 Diutilè, ſeu mora longa tota fiducia
orans, genu ſiſtis.

20 Iugiter orans valde nimis fatigatus, nudo
iaces ſolo.

21[a] Vero Dei conſilio monitus alta, auguſta
Fidei tangis.

22[b] Vniuerſi vaſtitas modo vel lato à Deo fa-
cta, in ſignis,

23 Ac figuris valde dignis tuo alto iam eſt
nota ſenſui.

24 Sana fide, toto cordis geſtu omnium ſa-
luti en vigilas.

25 Ita vigilans tuę caritatis vel magnos fun-
dis odores.

26 Modo ſatis egregio in alienę ſalutis ſtu-
dio functus,

27 Ogigia mala, infauſtos odij ſentes dulcè
tunc voraſti.

28 Aureo ſtudens ſalutis negotio omnia du-
cis fragilia.

29 Ingenio nitidus, Teologiae ſtudio ſatis
clarus, fama

30 Notus adeo doctus, Lutetiae lauro fis ma-
gis inſignis.

a *Per ſymbota ei detegitur SS. Trinitatis myſterium, modusq; Creationis Vniuerſi.*

31[b] Dolosè gannit Luterus, vanis iam ausis
cogitat Fidei
32 Valdę fędę obniti. Inglorius agit. Susci-
tatus à somno,
33 Et noua militans acie, vti gigas dolos à
fundo euertis.
34 Ordo tuus in Monte Gallico suas figit
ędes. Sua initia.
35 Orsus sanctitatis in auge, famę elogio val-
de nitidus.
36 Is voce voto, sanguine illustrat satis Fi-
dei dogmata.
37 Ter voto alligans tuos, ad facta iungis I V.
de Missione.
38 Charitatis igne insignis fusè, latoque mo-
do laudatus.
39 [c] Digna tua facies, tota, vt Sol, igne, siue ra-
dio luminosa.
40 Oliueti Custos non ţe angat. Gaude, Dei
visu iam solaris.
41 [d] Tutus Romanos adi, signa gestando sa-
lutis, voce Filij

b *Eodem tempore conuertitur, quo fidem peruertere nititur Lutherus, vt huius euertat dolos.*

c *Ita visus à S. Philippo Nerio, & alijs.* d *Romã cum socijs petens, erutemque baiulans audit Christum sibi dicentem. Ego vobis Romæ propitius ero.*

42 Dei,animo gliſcens,alta,ignota audi.Fauſtus tuis ero.

43 Domini virtute alta facis. Suſpendioſo vita elongas.

44 Aegro ſocio in languido vitę fine ſtatim datur ſalus.

45 Virga Dęmones tutò inuadens,ita alliſos citò fugas.

46 Sedulò, & toto niſu, niſi digna, auguſta, vel mira facis.

47 Omni voto es teſtatus, ſingula, ni ad Dei gloriam facis.

48 Sanctus merito ita notus laude, elogio iam fis dignus.

49 At tacui,ne fuſiùs orando, titulos ſileam mage dignos.

50 Famoſa geſta ſtilo dulci, venuſto, aureis digna notis.

51 Fine ſat auguſto,glorioſo ceſſit è vita An: Dñi MDLVI.

52 Multa in Iſto fuſa. Nota,diſce,vigila,genu ſiſte, adora.

PLAV-

PLAVSVS

Anagrammate explicatus
Sanctissimo Domino
D. Alexandro Septimo
Pont. Opt. Max.
Anno IX.
In Petri Sede feliciter expleto.

PROGRAMMA.

Fabius Chisius in Petri Solio Alexander Septimus.

Anagrammata.

1 IO, io. En his plaudit Vrbs, Felix, Sanctissime Presul.

2 Aue Christi Dux. Sane nobilis, Vale Pijssime Pastor.

3 Pro Christi alumnis saepe sudans bis viuito felix.

4 Io viuas Nobilisime Patrię Fax, Tuscię splendor.

5 Romę sis benè felix, vbi populis datus Christianis.

6 So-

6 Sophia, Facundia vber, Neſtori is ſimilis, exultes,
7 Hic bis, & amplius ſupra Neſtoris annos viue felix.
8 Fidei lux, bis, ac ter Sophus aureus in Olimpia ſiſte.
9 Vrbs iurè plaudit, his annos expetit feliciſſimos.
10 Sena in his feſtis Orbi, Caelo diu exprimit plauſus.
11 His plauſibus mox à Diuis feliciores repetit annos.
12 His diebus explicat annos M. vitae prorſus felicis.
13 Annis poſt viiij. ſecula x. Romę fauſtè pręſidebis.
14 Sic felix diu viue poſt annos mille ſuper Aſtra ibis.
15 De Stirpis Vexillo hos Tibi fines ſanê auſpicamur.
16 Sidera nos exponimus huius felicitatis pręſagia.
17 Ipſa Sidera boni ſunt augurij. Oh! felix, lętus eris.

18 Hęc ipſa Iouis flores, dextera ſunt, in ſublimi ſita.

19 Sex Montes augurij ſatis felicis nobis prę-ludia.

20 In horum ſpecula Fides, Pietas nobis ſatis eluxit.

21 Ex his nos tibi lęta prorſus, ſeu felicia diuinamus.

22 Pijs his è Montibus felix dein ſuper Aſtra volabis.

23 Sic Sena Philomati eius Flores bis à Diuis petunt.

24 His Vrbis populus adorat, ſic animis in Te reflexis,

25 Hos animi ſenſus, plauſus Orbi fideliter explicat

26 Hodie Aulę Tuę Nobiliſſimus Axis. Ita S.R.E. Principes.

27 Ii laxis fibris himnos, laudes, pias voces repetunt,

28 Diu viuas felix, Orbis Sol, Phęnix, Sanctiſſime Pater!

29 Praeſis nobis Fidei lux, Spei lumen, Charitatis Sol.

30 Hic praeſis, vt ſanę fidei lumine oĩbus latè proſis.
31 Diu nobis hic aſtes, iurè ſis Pontifex plurima ſecla.
32 Hos fidei plauſus, ni alte, piè canimus. Sit Orbis Rex,
33 Orbis Delicię, Sapientia Fons mirus inexhauſtus.

Fabius Chiſius, in Petri Solio Alexander Septimus.

34 Senſa hęc palã Tibi promit Seruus in oĩbus fidelis.
35 Humilis, et pauper Caſſinas hos Tibi iunxit flores.
36 Io! bis plaudimus. Felix, aeternus hic nobis praeſit.

Alexander Septimus.


Anagrammata,

1 *Euax Mundi Praeſtes,*
2 *Ter Max. valde ſapiens.*
3 *Euax Domine SS. Pater,*
4 *Lux mira Senę pates.*
5 *Salue Rex Sapientum,*
6 *At es maximè prudens,*
7 *Tu ſanè mali expers.*
8 *En Dux es Almę Patrię*
9 *Alta, ſuprema in Sede*
10 *Praeſul exiſte An. MD.*

FAMÆ

FAMÆ PRÆCONIVM

Anagrammate diuulgans
Encomia
Miræ Viraginis
Serenissimæ Dominæ
D. Christinæ Suedorum Reginæ.



PROGRAMMA.

Cristina Gustaui Adulphi Filia Suedorum Regina.

Anagrammata.

1 REgius hìc fluat stilus, regia, mira diuina pando.
2 Hucaures. Singularia prodit Fama, singuli audite.
3 Orbi plaudens, miræ Viraginis facta his diuulgat.
4 Supra alia mira dictu, Hęc fide vulgatur insignis.
5 Hic Asij, Atri interdum pio vultu dignas Laureas
6 Fundite. America Viraginis huius plaudat glorijs.

7 Cuius opera fulgida, insignia latiùs admiretur.

8 Europa. Haec diu fruatur gratijs, dum Illa insigni

9 Ritu à Fide aduersa nil lusa à Sum.Chisio pingitur.

10 Hic SS. Alexander VII, Pastor Vigil, Frugi, Viuat An.MD.

11 Vt plurima à Fidei Regnis vulsa Christo adiungat.

12 Hęc vna Mulier Fortis, Virilis, Pia, Digna, Augusta.

13 Signata, laudata ferrei huius seculi Prodigium.

14 Cuius alta Virtus oh digna laureis, digna imperijs.

15 Hęc in multis rara, augusta fide it plausu dignior.

16 Natu Regia, in Fide docta, Humilis, Pura, Singularis.

17 Capilli auro en digni figuratus animi thesaurus.

18 Frons larga vasti, pleni Huius iudicij argumenta.

19 Huius Prudentia rara, magnis elogijs fit lucida.

20 In viridi magna egit, à Sophis clarè, fusè laudatur.

21 Ante lustrum VI. grauis, ac Sophiae radijs fulgida,

22 Regni sui vigil, sedula, ac prouida ah! Ministra fuit.

23 Vina, nisi raró, fugit, haud parum delicias refugit.

24 Huic fandi vis mira, tota dulcis, suauis, peregrina.

25 Ipsa varijs erudita linguis hem fundit oracula.

26 Hęc valdè grauia, nitida, plurimis onusta figuris.

27 De Sacris Paginis, velut Argus, haurit fidei lumina.

28 E' Patrum sinu iura fidei Ipsa colligit, haud nugas.

29 Vestis vulgaris, induta fide omni pulchra gratia.

30 Regia indusia partim, seu nihil sunt auro fulgida.

31 Mundi huius diuitias, glorias, & Regna
parui facit.
32 Craſſi ludit aurum, regia ſolia fugiti-
ua pendit.
33 Himenęi procul à vijs, Virgo laudatur
ſatis digna.
34 Virgo valdè fulgida, ni Ieſu Chriſti,
amat nuptias.
35 Clara Viraginis fide, Virtutum pha-
lange, odioſus
36 Inferi gigas ah vulneratus cadit. Io, io
plaudimus.
37 Roma dignę huic Viragini plauſit, lau-
reas fudit.
38 Triumphus Lauro dignus nimia caelis
fert gaudia.
39 Auerni furit hoſtis, dũ ſic Angelis gau-
dia plurima
40 Clarę, dignę Viraginis Virtutibus his
fama plaudo.
41 Huius dum Clio fert glĩas, res diuinas
pãgit Vrania,
42 Viragini humilis ſeruus pura dicat, do-
nat elogia.

VIR-

VIRTVTVM EMINENTIA

Anagrammate explorata
In Eminentissimo, ac Reuerendissimo Domino
S. R. E. Principe Cardinale
D. Io: Baptista Alterio Tuderti Episcopo
Cuius Stemma
Sidera sex quibus alluditur.

PROGRAMMA.

Emin.mus Cardinalis Iohannes Baptista
Alterius Tuderti Epūs.

Anagrammata.

1 PEnna cur humi sistis? Pudeat. Si debilis, inter astra vola tamen.

2 Mira, si vis, scribe, nota, stupenda pande, humilis in altū ire tenta.

3 Stirpe nobilis, sapientię nitore mactus maturè his laudandus.

4 Huius nobili Stemmate sicuti splendida praesentantur Astra,

5 Ita his panditur semper nobis valde clara Virtutis Eminentia.

6 In his, alta mente ſi pendas, multa auſpicaberis dona Virtutis.
7 Aſt ſi inibi haud niteat Stellarum Princeps, & Dominus, aſtrue
8 Ab tanti luminis ſplendore id eueniſſe, cui & Aſtra iſta parum
9 Micarent, aut nihil, ſi penes ipſa Sidera Sol adſtaret Virtutum.
10 Inter iſta Iouis Sidera ſpectans, hęc ibi ſummè alta panduntur.
11 His nunc ſtudens, auſpicare Iuſtitiam, pondera Liberalitatem.
12 Vrbanitas, & Pietas dum in his Aſtris ſimul copulatę renident,
13 In Saturni abſide ſiſtit Prudentia, ſummè clara elucet Sophia
14 In Mercurij radio, ibi aptè, venuſtè Palladis Haſtam ſuſtinens.
15 Pone Martis Aſtra ingenij haud paulum ſubtilis renidet acies.
16 Sub his etiam ſimul reſplendet rara, viuida mentis conſtantia.
17 Lunam Venèris Statui additam ab alto aſpiciens his inſtruere,

18 Ipſum

18 Ipſum ſtantem in Veneris domu ſat inta-
ćta habere lilia pudoris.
19 Sidera iſta ſi errantia appelles, Hunc ta-
men ſine dubio Iuſtum
20 Credas, & Optimum pandas, vt nihil è
iuſti linea tu ſis aberrans.
21 Ipſius mores aurei, labis nihil ſapiunt, re-
ćtà ad metas tendunt.
22 Huius Vrbanitas aeternis laudis notis eſt
imprimenda. Placet
23 Abundè lenitas in Hero S.R.E. Principe
vultu maieſtatis admiſta.
24 Veſpaſiani vt ſplendens humanitate,
Orbis Deliciae aſtruitur.
25 Si huius munera tu pendis, Macedonis
praeſtant liberalitati.
26 Thomae, Iuſtiniani adſcriptus palae-
ſtris, alto ſubinde munere
27 Aſſumpto mirabilia ſedulè patrans, hinc
ſanè eruditus enituit.
28 Sapientia ter clarus ſatis Mundi Sapien-
tibus laude prominet.
29 Sapientum ne habeas VIII. altè inter
iſtos declarandus primus.

30 Ab-

30 Abſtruſa ſapit, à multis deprehenſa in ſe mirè vnita concludit.
31 Hominum ſenſui diu abſcondita ſapienter ea aperit, illuſtrat.
32 In dictis venuſtus ita rapit, vt haerens pendas, Ambroſij mella
33 An labio hauſerit. Sapientes ad Ipſum currite nimis laudantes,
34 Si ex mente aſpiratis Sapientum Soli laudis nunc dare tributa.
35 Venite, currite, aſt plura, pia ſatis humilis mentis dona dantes.
36 Hic Sapientia nitens, mira Prudentia vei laudatus, Romę ſiſtens
37 Vices gerens multa hahita Prudentia, Romanis ſplenduit ſatis.
38 Vrban. VIII. P.M. de Hoc niſi altè ſentiens, ſuper aſtra tulit. Sed
39 Quia non eſt ſat laus altis meritis, hinc benè addit Purpuram.
40 In Mundi theatro mirabilis valde ſępè apparens, ſtatus vincit
41 Omnes. Hinc in ſat alta Petri Sede Alma Vrbs diutinè ſuſpirauit.

42 Siſte

42 Siste penna, ne tibi Icari struas pęnas, et humilis multum adora.
43 Tanti Principis Eminentiae Deu.mus has lauros, & laudis serta,
44 Verentis, humilis animi lineas ante pedes prostratus dicabat

Domnus Ioannes Baptista Beccius de Castilione, humillimus Seruus, inter Casinates infimus.

Qui

Hac subdit ex his construens

Anagramma.

Eminentissimum Alterium sic laudans deficio sanè, subticens sisto, vt vberiùs Sophi canant.



BONVS PASTOR

Anagrammatiſmo expenſus
In Illuſtriſſimo, ac Reuerendiſſimo Domino
D. Thoma Saluiato
Antiſtite Arretino
Sac. Rom. Imperij Principe, Cæſe Comite &c.

PROGRAMMA.

Thomas Saluiatus Epiſcopus Arretinus.

Anagrammata.

AVe Heros. Cultiſſima tu proſapia natus
2 Salue Paſtor, oues tuas pijſſimè curans.
3 Qui, vt ſolet verus Paſtor, animas paſcis.
4 Tu es Paſtor ouium, aſpectu ſanè hilaris,
5 Iuſtus, Soloni par, aptus Aſtręę amicus.
6 Bonus es Paſtor, humilis, aptè tuis carus.
7 Huc miſſus à pio noſtrae ſalutis Patre,
8 Vt populo huic aſſiſtas, ne miſeria ruat.
9 Charitatis primas pleno vſu aſſecutus,
10 Si hoſpites inopes cura multa ſat iuuas,
11 Orphanorum cauſas, lites ſaepius tutas.
12 Siti hauſtos potu mulces, vina pręparas,
13 Hos, ſi eſuriant, eſca, potu ſimul ſaturas.
14 Omni hora pauperis es Cuſtos, Vita, ſalus

15 Ve-

15 Vestitu parum scissos tuta lana operis.
16 Tu pius, ac humanus aptè solaris tristes.
17 Tu humilis auro suscitas à terra inopes.
18 Captiuos soluens, iustus aethera rapis.
19 Charitate potis, ianuas Superûm soluis.
20 Has oues in terra vultu pio mitis pascas.
21 Siue culpa amissas honori tu restituas,
22 Vt has sustinens, caelo parias Iustorum.
23 Ciuitas postulat. Serua hos, nam perimus.
24 Super astra viuas. Nos ita altè poscimus.
25 Tanto Pastori humilis Seruus sic pausa.
26 Humi prostratus ita sensa paucis solue.
27 Pietas, Charitas, vel nouus amoris Tipus,
28 Honoris Campus, seu Virtutis Palaestra,
29 Iustorum Consus, & apta salutis sphęra,
30 Aurea lucis semita, honestus, pius Pastor

Thomas Saluiatus Episcopus Arretinus.

31 His Casinas seruus altè sua promit vota.
32 Hisque lauris comas venustat Pastoris

Domnus Iohannes Baptista Beccius
de Castilione Monachus Casinas.

Qui anagrammate haec subdit.

Si Thomæ à laude, sic accissans, abstinui,
benè Sapho concinat Mundo.

MVSA ANAGRAMMATICA

Egregium canens Virum
Illustrissimum, ac Reuerendissimum Dominum
D. Ioannem de Caramuel
Antistitem Campaniensem.

PROGRAMMA.

Ioannes Caramuel.

Anagrammata.

1 MVsa en cano regia,
2 Celsa, mira, & noua.
3 En Ionas, Arca, Lumẽ,
4 Omni lucens area,
5 Omni clarens aura.
6 Iam verè sanũ cano,
7 Altum sanè recino,
8 In Aula do Cęsarem.
9 Animo aurea eęlans,
10 Varia clarè monens,
11 Cineas ore, an Numa
12 Animo ẽ nae clarus?
13 Iam ore valens, ac
14 Aureo planè micans

15 Ca-

15 Calamo, Siren vena
16 Noua mirè clarens,
17 Solem accine aura,
18 Auro sanè micantē.
19 Sale mirū ne canam
20 Carmine sale vano,
21 Acmore vel insano?
22 Musa nil est canora.
23 Vanesco nil ad rem,
24 Omne nā sale carui.
25 Venerans clamaui,
26 Vanè verò clamans,
27 Mira vanè colens,
28 Silens aurea cano.
29 Calamo, vena nitēs
30 Aurea, cęli V. annos.

Ioannes Caramuel Iberus, Campanię Antistes.

Anagrammata.

1 *Aurea en Arca, at bonis scientijs summè plena.*
2 *Sol sanè mirus, ac sapientię aura benè micans.*

MENTIS MVNVS

Anagrammaticè oblatum
Ab Augustæ Perusiæ Populo
Illustrissimo, ac Reuerendissimo Domino
D. Ios. Lucido Palumbara
Ad Generalem Præturam
Perusiæ, & Vmbriæ nuper destinato
Cuius Insigne
Alba Columba, cui alluditur.

PROGRAMMA.

Ioannes Lucidus Palumbara Romanus
Augustę Perusię, & totius Vmbrię Prętor.

Anagrammata.

1 AVe. En corde, plausibus Tibi sistimus,
ore puro; mente pura gratulamur ouantes.
2 A subditorum mentibus plura suscipe vota,
multa obserua reuerentię pignora.
3 Vrbs nostra Tui suspirans aduentum, ita
iugi populi voce aerem, solem verberat.
4 Veni iam, ne tardes, pio vultu istos respice,
sub vmbra alarum tuarũ protege nos.

5 Si

5 Si venias Regens verè tuti ſumus, Columba tua portabit properans oliuę ramum.

6 Dum nos reges, omnia proſpera, Virtutis tuae rotante luce ſuperabimus nubila.

7 Sine Te ruinas pręuidemus ab alto, ſurge, propera, Columba noſtra, tuti viuemus.

8 Tu aureus moribus, populo gratus, ac omni alia virtute nitens, ſperare debemus.

9 Sapientia verè ſummus, multa Prudentia clarus, euge, tu nobis auro pretioſior.

10 Virtutum aura, decus, gloria, ſuper ęthera notus, nobis iam ſubueni, opem pręſta.

11 Veni ab alto, veni, aurem pręſta precibus, te lauro, & oſtro dignum ſuſpiramus.

12 Ad te clamamus, Miſerere populi, Tu Vir aureus, Tu Vir notus, aptè nos gubernabis.

13 Nemo reuera potentum puriùs, vel ſuauiùs tractabit pro nobis Aſtręę gladium.

14 Te gubernante populo iſto rara ſperamus, cęlis vt viuas ęternûm, diu orabimus.

15 Populus is iterum ijs reuerenter clamat, Adiuua nos, ſub vmbra tua protege nos.

ORATIO ANAGRAMMATICA

In Honorem
Illustrissimi, Excellentissimi Domini
D. Equitis Nicolai Sagredo
Patritij Veneti
Diui Marci Procuratoris.

PROGRAMMA.

Eques Nicolaus Sagredo Venetus Diui Marci
Procurator.

Anagrammata.

1 EN Virum, qui suę Patrię Decor, lauro, ac corona dignus est.

2 Cuius mira gesta quis non curet ore precioso diu laudare?

3 Quum Puer, aureo, claro merito nouus, Cęsaris signa dedit.

4 Sol in ortu verè aureus, sic, quando occidit, spera aureum.

5 Veras cupis Virtutes claro, caroque Domino verè dignas?

6 A Solis ortu vsque ad occasum prędicantur in vere regio.

7 Viro

7 Viro cunctę ſatis, ſuperque cedro, lauro, auro iam dignę.
8 Curię nec vnius Orator, ad Patrię ſuę decus quàm gloriosè,
9 Quo cum decore Vir rarus ſe geſſerit, vna dicat Polonia.
10 Pretioſo eo diſcurſu, quo Anglia ſidereum canere curat,
11 Sano verſu, quo Celtarum Curia de Eo prorſus digna dicit,
12 Sic Heſperia Viro regio nunc dat ſertũ, laudumque coronas.
13 Cęſareus nuper Is Orator, quę Cęſaris Domu digna, voluit.
14 Quo ordine comis, aureus, oculatus, ac prudens Vir egerit
15 Suas partes nunc iudicat Roma, quę de Viro verè glorioſo
16 Glorioſa equidem ore prorſus ſuaui accuratè enunciat.
17 Negotia, rumores D. Cardinalis Eſten quorũ cura, cuius ope
18 Sedauit cum gloria? Is ęquè ſano, raro Prudentię occurſu.

 19 Per

19 Per alias Mundi Curias ęre, & auro, ostro-
que dignus voce
20 Vniuersa, mirè cordatus, atque glorio-
sus ecce panditur.
21 Qui adeo generosus, nuper Cręsi auro di-
tior acclamatus.
22 E cuius ore, oculo nimis raras ducas, quę
prodeunt gratię.
23 O vos, qui sudori dona verè larga cupitis,
currite, Mecęnas
24 Manu regia cuicunque Viro laurus red-
det sat preciosas.
25 Qui aspectu decorus, ore rarus, ac omni-
no gratus, Delicię,
26 Amor, Gloria, Decusque suę Patrię, vno
ore, ac sensu dicitur.
27 Aquilo, Auster, Ortus, Occasus, Mundi
Curię Regię prodant,
28 Virtutes, quas ore rudi, crassa prędico
Minerua, genu colo.
29 Sèruus Regio, quę Viro sacrat, ipse ore
nunciat A.D.MDCLXV.
30 Regia qui Aula prę merito notus. Ducis
Cornu eat decorus.

VIRTVTIS SPECVLVM

Anagrammate figuratum
In Illustrissimo Viro Excellentissimo Domino
D. Equite Baptista Nanio
Patritio Veneto
Diui Marci Procuratore Optimo.

PROGRAMMA.

Æques Baptista Nanius Venetus Diui Marci
Procurator.

Anagrammata.

1 NVnc sat noua aperio, miras vtique prędicans Virtutes.
2 Paucis iam curo pandere Senatoribus antiquę Virtutis
3 Speculum, ĩ quo boni, & sani Viri nuda spectatur bonitas.
4 Vbi mira, quasi innumera, ritè cũ stupore spectãda sunt.
5 Is nam Vir aequè Pius, ac Rectus, Orbi sat notus Prudentia,
6 Sapientia, probitate rarus, verè comis, atque iucundus.

7 Vir certè ſanus prius,quã Puer,ob id citò
annuit, ad metas
8 Perueniſſe maturitatis. Quę nuncio di-
cta, parũ obſerua.
9 Quum ſub pueritia Vir canus; aſt eſt
candor pro canitie.
10 Quare ętate iſta Is ad bonum propenſus
iure accinitur.
11 Moribus niueus rectà ſanctiùs propera-
uit ad iuuentã,
12 In qua & mirus, aureas, nec paucas Orbi
pandit Virtutes.
13 Nouus Cineas ore aptiùs vrbes vincit,
quam perdat armis.
14 Princeps ſuauis, cuiuè oris nitor benè
mutat quadrata
15 Rotundis. Is,cum os aperit, ſanè rapit,ac
vbique venatur
16 Animos. Veterũ Politia rarus et cun-
ctis ęquiparandus.
17 Patrię Hiſtorias manu, nota, vtcunque
aurea deſcripſit.
18 Sacra Veritas nunquã aptiùs potuit ſer-
mone deſcribi.

19 Curijs ĩ tribus Nuntius, quàm aptè ad ſuę Patrię coronã,

20 Qua cum Sapia, Prudentia res totius nunciauerit Orbis,

21 Qua puritate apud cunctos ſui muneris onera ſubierit,

22 Vnica Romae Vrbs toti iã Vniuerſo ſat, ſuperque pandit.

23 Apud Aquitanos breuì nomẽ nactus Viri verè pręſtãtis,

24 Cęſaris inde Curia, quantũ potuit, verè ſanum probauit.

25 Virtutis Mecęnas cuique varia, pro penſa tribuit dona.

26 Qui prę manu generoſa cunctis pręſtat auro diuitibus.

27 Iuſtĩa, quę Virtus ſuperna, ac ſuprema dignè coronat.

28 Aſtręę Libra Viro, Iudice ſic puro, nunquam ſuſtentata.

29 Pauperũ cenſet cauſas? miro ab iniquis ordine tutatur.

30 Cuius auctoritatis ſit in Senatu parumper pondera. Quę Is

31 An-

31 Annuit (mirare) oĩa ſui opera abſque ſtrepitu ſuccedunt.

32 Qui es in arduis, ſpera, citò curre ſub tuta manu potentis.

33 Eius oris nutu potentia ardua cuncta mirè ſuperabis.

34 Qui Pietate, & pari Manſue tudine vnicus, rarus, coronas

35 Mercatur Patrię. Ita iurè coronandus, qui pius, & ſanus,

36 Quia Vir pius, Vir ſanus a ptè, rectè, ſanctè dominabitur.

37 Iam ſic canunt, probant Patrię Viri, deuotuſque Seruus

38 Plenè optat, aureis Dñi Virtutibus cor, aĩumque ſacrans.

39 Quę in Viro ſubmiſsè pependi, cuncta, vt rara, ita s̄t vera.

40 Virum ita probè quadratũ nunc iã ſuſpicite Senatores.

E L O-

ELOGIVM

Anagrammatico extructum eloquio
Virtuti Eximiæ
Illustrissimi Excellentissimi Viri
D. Iulij Iustiniani
Patritij Veneti
Diui Marci Procuratoris.



PROGRAMMA.

Iulius Iustinianus Venetus S. Marci Procurator.

Anagrammata.

1 STate cuncti. Virum pono. Is nisi aureus, vel rarus.

2 Vir pius, Vir suauis, rectus omninò niteat clarus.

3 Vir in primis aura, auro scientię cultus, onustus.

4 Vir sanus, Vir iustus, ac pro vitę norma inclitus.


5 Sapiens nimirus, varia Virtutis luce coronatus.

6 Is

6 Is vnus, vt Vir verè altus, Patrijs omnino carus.
7 Cato cuius Virtutes noui raras, plurimas inueni.
8 Cuius merita prorſus alta Viri noſcunt vniuerſi.
9 Calliopen è Muſis rarior ſui cantus vſu nititur,
10 Vna vt oris voce Ipſius Virtus nimis rara luceat.
11 Clio ſub ritu prorſus ſuaui Eius nunciat Merita
12 Huius Virtutes Muſicis pleniùs coronat Vrania.
13 Erato noti, puri huius Viri ſecus ruminans actus,
14 Varios plures nunc canit vnius virtutis amores.
15 Siſtite, ſi Iuſtum lauru, auro nunc ornare cupitis.
16 Vir in cunctis nauus, rarus, aureus ſtet in Olimpia.
17 En Caſinas Seruus Virtutis Viro ſic laurum ponit.

ANAGRAMMATICVS PLAVSVS

Illustrissimo Excellentissimo Domino
D. Antonio Grimanio
Patritio Veneto
Paduæ Præfecto
Pro Serenissima Veneta Republica
Oratori ad Romanam Curiam destinato.



PROGRAMMA.

Antonius Grimanius Paduae Praefectus.

Anagrammata.

1 AVe, Princeps, Fons Virtutis, Aue, ad magna
2 Dignè es vocatus. Fama iam nitens Purpura
3 Is dignus. Eu, eu, iam nunc Roma festa parat.
4 Tu sana Principum forma Euganeis datus,
5 Vt profunda, ac mira sapiens venustè agis.

6 Tu fandi nitore ſanè magnus, praeci-
puus,
7 Romae Papae Curiae Nuntius deſigna-
tus,
8 Pius vera Prudentia notus, magna fa-
cies.
9 Europae Gens, vti Aſia cum Afris
pandunt,
10 Ac apertè fundunt Io mira ſigna plau-
ſus.
11 Americus fusè propenſa nuntiat gau-
dia.
12 Vir ingenuus aptè, fauſtè Romana ca-
pies.
13 Viuo aſpectu perfundens gratias, ani-
mo
14 A pueritia canus ad Regnum en fis ap-
tus.
15 Veneta Curia magis profunda ſanè ſa-
pit.
16 Eius Curię Magnates Sapiām profun-
dunt.
17 Ore nitens, auguſta facundia mirus,
Papę

18 Guſtui apprime ſuauis . Face tè adornans ,

19 At nil vanè, facundię pompas, gratus eris .

20 Tu verè ſanus, apud Pont. mira , digna facies .

20 Fauſtè viue, vt regas in Patria Annos MDC.

22 Aeternus viuas , nos facta apprime digna ,


23 Aurea niſi acu pingenda , tuto ſperamus .

24 Deuotus Seruus carmina, ac pęana pingit .

25 Viro, cuius Prudentia eſt ſanè magna F. P.



PRINCEPS
Virtute Insignis.
Anagrammate designatus
In Illustrissimo Excellentissimo Domino
D. Petro *Delphino*
Patritio *Veneto* Paduæ Præfecto.



PROGRAMMA.
Petrus *Delphinus Venetus* Patauij Praefectus.

Anagrammata.

1 EV Princeps, eu:¡Tu ſanè Pius, & Prudentia altus.

2 Tu, vt valde Prudens, es & Sapientia pręcipuus.

3 Vt aptè, purè eruditus, Vir, plenè Sapiens factus.

4 Virtutē nactus, huius planè ſedes fis perpetua.

5 Iuſtię cultus vanè pene perditus fusè apparet

6 Hic venuſtè appictus, in tua Purpura lętè ſedēs.

7 Iuſti-

7 Iuſtitia plenè functus aptè ſedes Purpupuratus .

8 Auro pulſa fides, hęc penes Te puriùs tuta viuet .

9 Tu Pietate planè Iuſtus ah! Purpurę en ſis decus .

10 Tu Fide, Spe plenus, in Pauperes Charitate vſtus ,

11 Pietatis vſu vel fęcundus , Pater ni tes Pauperũ .

12 Huc Sapientes . Virtuti ſupernę fusè applaudite .

13 Purpurati Heneti ſcitè , ſaepe plauſus fundunt .

14 Huc Prudentes . Eius Pietati vnâ ferte applauſus .

15 Princeps Pius , altèque natus ſępe Virtute haud

16 Parũ , ſed plenè nitet . Vt fauſtus, perpes hìc viuas ,

17 Fusè petunt pręcipuè Paduani . Ita Seruus ; & his

18 Paucis plaudens tuas ferè pependit Virtutes .

19 Ah

19 Ah! perpes viue, vt aptè lenis, actu
Prudens, iustè,
20 Et fusè Pius, nunc vt preces Paduanis, tuę Patrię
21 Dein perpetuò, ni faustè, & cũ plausu Tu praesis.

MARTIALES TRIVMPHI

Anagrammate decantati
In Illustrissimo ac Excellentissimo Domino D. Marchione Alexandro de Borro
Patritio Aretino
Sacræ Cæsareæ Maiestatis
Rei Tormentariæ Præfecto, &c.

PROGRAMMA.

Illustrissimus Marchio Alexander de Borro Aretinus.

Anagrammata.

1 SIste Miles. Nunc bella exordiar. Raros audi triumphos.
2 Dux Bellator, Terrę, Mari nimis clarus ijs est honorandus.

3 Is Heros rarus, Virtutis maximę, sed bellando clarior.
4 Mirandus Hetrurię Mars, nobilis Aritię Decor, Lux, Sol.
5 Aiax verè alacris, hostium, bellorum ridens stridores.
6 Thraces si larvę, dolosi, rabidi murmurant Vrsi leones,
7 Bellicosus adest Aiax, armis, horrore, minis lęduntur.
8 Hic Dux mirus industria rara, bellì moles ter onerosas
9 Valde sedulus librans, ni maximi, nec raro est horroris.
10 Bellando rarus, trux in Cęsaris ęmulos hos iam irridet.
11 Minax bellat, dolos aduersariorum Christi mirè ruens.
12 Clasśis Iberiae Dux non solum mari, terrę et horridus.
13 Sed bello durans raro Regi ęmulatur Christianisśimo.
14 Hilaris Vir, sed sanus, robore mirus, alter luxit Macedo.

15 He-

15 Heros meritis orbi clarus : Venetis Dñis mox lauda rarũ.

16 Turcarum ludens arma, dolos, horribilis in eos exarſit.

17 Clara Tenedos exhorrens Illius iam corruit ſub armis.

18 Hoſtis ex Dardano irruens mille ſibi mercatur lauros.

19 Melioribus ſtudens clarus Heros mira alia exorditur.

20 Sed exilis mors, ſat dira, dura Illum ſubire non horret.


21 Ex his Etruriȩ Sol in vmbra ſedens doloris lacrimatur.

22 Aritiȩ Vrbs ſimul lacrimans hem rores exudat doloris.

23 Marinis ex bellis radioſus ad cȩlorum en trahitur oras.

24 Satis raro bellorum Marti laudis honores verens. dixi.

IVSTITIÆ PRÆROGATIVÆ
Anagrammaticè expensæ
In Illustrissimo Domino
D. Iohanne Baptista Asinio
Florentino Patritio
Aretinæ Vrbis Pratore.



PROGRAMMA.

Iohannes Baptista Asinius Aretinae Ciuitatis Praetor.

Anagrammata.

1 SIste Aritia, ac tuae Vrbis Praestiti piè hosanna intona.

2 Charitas, Pietas, Bonitas eius à plena Iustitia non errat.

3 Isti Iustitiae acta non inuenisse paria, probat Astraea.

4 Pietati huic vnita Potestas reis erit sana, ac bonis cara.

5 A stipite ita nobili trahens ortus, Curiae sana sapiet: Nã

6 Nobilitas saepe Iustitiae thronus, cara Pietatis anima.

7 Sacra Iustitiae pharetra, non nisi benè Iusto satis apta.

8 Bona ista à Principe alio, nisi Hetruriae sat sustentata.

[a] S. Donatus.

9 His astat Aritiae Patriae[a] Pater, bonos enuncians, vitij

10 Et reos, vt si his poenas sanciant, ijs praemia attribuant.

11 Hunc Pater in Patria aeterna, ni iustè, associabit Iustis.

12 Ista saepe orant, ista à Sanctis petunt boni Aritiae Viri.

13 Pro his instanter Beati sua spirant vota in atrijs caeli.

14 Sensa haec Iustitiae Tanti Viri non sat paria subaperit

Domnus Iohannes Baptista Beccius de Castilione Casinatum infimus.

Qui & his Anagrammate ducto, subinfert.

Iustum sic laudans, defeci in omnibus, abstineo, at Sophi scitè canant.

SVAVILOQVENTIA

Anagrammate expressa
E Nomine Cognomine Patria
Illustrissimi Domini
D. Equitis Octauij Ferrarij
In Patauino Athenæo
Eximij Eloquentiæ Professoris.

PROGRAMMA.

Octauius Ferrarius Mediolanensis.

Anagrammata.

ORator en celsus, eius fandi vis mira
2 Suaui en clarens eruditionis forma.
3 Is Fons viuus, Is Mel doctrinae rarae,
4 Ambrosij dulcia fusè in ore seruans,
5 E aurea, si nescis, oris ora mel fundit.
6 Os Is Salientum, candorisue ęrarium,
7 Oris candore Liuius, famine Traseas,
8 Mirus, famosus Antenorei cęli Radius.
9 Nestor famâ dulcis Sirene suauior.
10 Ore si tela iacit, non ferus, aut dirus,

11 Oris arcu feriens modulis en ſauciat.
12 Suauis ſine ferro animos Is vlcerat.
13 Veſtiarij vniuerſas docens formas,
14 Facili vena maiores orditur ſenſus.
15 Clariſsima Suedorũ Eroina fit eius
16 Aureis meritis lauris oĩno ſecunda.
17 Valde noua refero. Chriſtianiſsimus
18 Heros, altus Francię Dominus varijs
19 Ornans laureis, ijs fusè decorauit.
20 Auro, lauro, niſi ſidereum ſanè fecit.
21 Virtus oris ĩmenſa iurè locanda eſt
22 In trono, ſiue aurea, firma lucis ſede.
23 Antenoreis ludis felici Muſa rarus.
24 Varijs clarè fandi modis verè notus,
25 Aureis confeſtim ornandus laureis.
26 Vir ſanus ferreo in ſeculo iam datus
27 Ita orans aureis dominetur ſeculis.
28 Serui Caſinatis ludi, munera, flores,
29 Sic ferens deuoti animi laurus, roſas,
30 Alti ſenſus Viro, Facundiâ verè miro.

FACVNDIÆ FOECVNDITAS

Anagrammate descripta
In Reuerendissimo Patre
D. Leone Matina
Casinensi Abbate
Patauino in Palladio
Sacræ Paginæ Interprete.

PROGRAMMA.

Leo Matina in Patauino Lycęo Sacrę Paginę Interpres.

Anagrammata.

1 EN Vir peritia, ac magna orationis copia planè lucens.

2 Partenopęus Patria, omni ingenij acie latè clarens.

I Ipse Religione clara, nec non pari pietate iam notus,

4 Vi oratoria, angelica sapientia plenè, ac mirè potens.

5 Ingenij vena, ac lepore sensa aperit, altiora componit.

6 Ore

6 Ore ſanè amęno linit, lenit, aurea, precioſa appingit.

7 Potis Mercurij catena, inſolita energia planè plena.

8 Cineę lingua conſilia merè ſana ritè, aptè proponit.

9 Sapientię ope, omni oris elegantia pręclara enunciat.

10 Cignea cantione mella neſtorea variè Ipſe propinat.

11 Gratię, leporis lenocinio aptè, nec vanè animos rapit.

12 Veneti Principis Elogia pangens raro enitet calamo.

13 Iſtius ingenio, lepori palmas ecce Antenorei parant.

14 Animo ni propenſo Ipſi ita canite. Aurea regnet ſecla.

15 Pretioſa prominens ſapientia in Regna volet cęlica.

POE-

POETICÆ ENCOMIA

Anagrammate celebrata
In Illuſtriſsimo Domino
D. Hieronymo Preto
Bononienſi Patritio.



PROGRAMMA.

Hieronimus Praetus.

Anagrammata.

EV Vir omni praeſtans.
2 Sophia Tu verè mirus,
3 Pretioſa Rheni Muſa.
4 Verùm ſi proſa nites,
5 Vnâ es Musâ peritior.
6 Tu enim Poeſi rarus,
7 In metro purè ſuauis,
8 Mira venuſtè promis.
9 Oh Vir, Rex Sapientum,
10 En Strophium venaris.
11 Tui ſunt, Heros, prẹmia.
12 Strophia, iurè ſume.





Illuſtriſsimus, ac Reuerendiſs. Dn̄s D. Abbas Iacobus Sala Canonicus Patauinus, Patrio in Athenæo Primarius *Iur. Canon. Interpres, omni Virtutum laude decantatus, Iuſtiniani dum laurea decorabat Illuſtriſs. Dn̄os, D. Comitem Horatium Cæſanam Serauallenſem, & D. Hieronymum Doleonum* Patritium *Bellunenſem,*

LAVREA

Aureis compoſita Comis
Illuſtriſſimi Domini
D. Comitis Horatij Cæſanæ.

PROGRAMMA.

D. Comes Oratius Cęſana Serauallenſis.
Anàgrammatà.

1 CElſo ſanè Dn̄o Iuris ſacrãtes laureas,
2 Alacres io ſenſus, alacres date animos.
3 Sol Cęſareo lumine, aura ſatis candẽs,
4 Caeſaris laureis ẽ ſaltem coronandus.
5 Is nã ſale canus. Omnes decorate lauris.
6 Clariſsimus Sala Aula ſedens coronet.
7 Donet Caſinas mirè celſo ſuas laureas.
8 Is aureo Dn̄o ſe, ac ſenſus mille ſacrat.

SER-

SERTVM

Nobili extructum Capiti
Illustrissimi Domini
D. Hieronymi Doleoni.

PROGRAMMA.

Hieronimus Doleonus Patritius Bellunensis.

Anagrammata.

1 NObiles, Eruditi ite simul in plausus, honores.

2 Honoribus multis sanè plaudite senes. Iunior

3 En nouus, Sophia mirus, in literis bellè notus,

4 Antenoreis in ludis mille septus honoribus,

5 Orbis in Atheneis sidus nouo lumine illustre.


6 Iunior benè peritus oh! Mundi Lux, Sol, Sal est.

7 Sophus verè eminens nobili sit lauro nitidus.

8 Humilis is Seruus en Dño libenter lauros ponit.

CONVERSIONE

Della Signora Lucretia Leoni
Spiegata da essa in Anagrammà
Nel Monacarsi.
Nelle Conuertite di Perugia sua Patria.



PROGRAMMA.

Lucretia Leoni di Perugia, Conuertita Maria Spinalba.

Anagrammi.

1 ANima labile, e vaga placar Dio consenti? Ritirati pure

2 Dagli amanti, libera scorri la via più vera de' contenti.

3 Ritorna ria in pace, publicati di Giesù nouella amante.

4 In reti, e lacci vn iota, nulla di ben', ma guai sperar potrai.

5 Per altra via più sicura io intendo girne al Ciel beata.

6 Re-

6 Religione Vita piena di Virtù, ſcorta, ſcala per l'anima.

7 Ite via lini, ſeta, velluti, porpore di grana, ambracani,

8 Concie Romane, paſtiglie più nobili d'alta, e rara virtù.

9 Ogli, liſci, cinabri, vane pitture in mal'ora andate pure.

10 Via ori, perle, archi, ſtrali, non più gale d'ambite vanità.

11 Via pur crini da me in vane gale à bella poſta intorti.

12 Lacci di vani amori, vi ſtrappo, girete nell' aria à venti.

13 La mia libertà in pena vole vna rigida pouertà. Stracci,

14 Cilici, pan di lagrime, viuer pura, e ſolinga, bontà retta,

15 Vn'anima pentita il ſacco veſtirà, e per gloria vbidirà.

16 Peccai, perſi la Virtù, la gratia diuina, mà torno al bene.

17 Libera da Satanno vuò purgare in verità li miei peccati.

18 Anima mia, di rea, ben pura viui, ſtringi la croce al petto.

19 Pietà pur mio Dio, à labil creatura, à vile ingannatrice.

20 L'error, le vanità d'anima cieca aggiuſti pure il pianto.

21 I' piango, nulla curo. Adio breui piaceri, reſtate amanti.

22 Per rapir'i Cieli laſcia vn'ingrata 'l Mondo, e vi turbate?

23 Piangete pur'ancor voi ſcelerati, e ribaldi la mia vita.

24 Adio Vanità. Lungi. Vi laſciai, per comprare l'eternità.

25 Apprendano i laſciui la vita ritirata, come Verginale.



Suſtine dicentem lector, ceu vera docentem
Sunt, quæ ſubnecto dicta ex anagrammate ducta.

Serenissima
VENETORVM RESPVBLICA
Ad Hellesponti fauces
Thrace de hoste triumphans.

Inclita Venetiarum Respublica

Anag. 1 *SVperbi iam nunc Traciȩ vlulate*
2 *Lupi, luctu acerbo et inani maris*
3 *Lubricis vnà cuncti malè perite.*

Venetorum Respublica.

Anag. 1 *Nutu Erebi arcet lupos.*
2 *Pauent, et cruore simul*
3 *Rubent lupi, cum Heroes*
4 *Eorũ sub lumine parent.*

Venetiarum Respublica

Anag. 1 *Ense puram vibrat lucem.*
2 *Traciȩ Luna in vesperum*
3 *Suprema à luce ruens ibit.*

INVECTIVA.

Superbi iam nunc Traciȩ vlulate lupi,
Et ad Hellesponti fauces
Vestri resonent vlulatus.

Luporum ingluuies
Christi non exaturanda ouibus.
Veneto flammescente Leone,
Vestra extinguitur rabies.
[a]Lupus Leonis pes, Leo Rex sonat.
Iurè præcidendi pedes,
Qui Regi suo Capiti insultant.
Superbia Vestra, quò elatior,
Eò plus in profunda demergitur.
Vestros dum ridet cęlum stridores.
Vos *luctu acerbo*, *&* *inani*
Vestras plorate miserias,
Misericordiam nunquam imploraturas.
Veneto Leone nil ferocius, si obsistitis,
Nil clementius, si estis supplices.
Ignis formidolosi,
Furoris eius quum pertimescitis flammas,
Artificiali rogo erogamini aquis.
Aquario opponitur Leo,
Aestiuus hic, hyemalis ille.
Sed Leo Venetus in aquis æstuans magis.
Igne vos perdit, Cocyti vt donet aquis.
Non trucidat, vt deuoret,
Ast proruat in Inferni voragines.
Regius Leo lupinis non vescitur carnibus.

[a] *Petr. Bercor. Reductor. Moral.*

Hic

Hic Leo Veneti Solis Signum,
Sui in Domicilio ſæpe excipit Martes,
Qui veſtrum igneſcant in ſanguinem.
Hoc cruentatus nunc Helleſpontus,
Sanguineam Erithręi excedit rubedinem.
Nec mirum.
Pauent lupi, & ſuo *ſimul cruore rubent,*
Veneti *cum Herbes eorum ſub lumine parent.*
Thracem videat Venetus & vicit.
Solo *nutu Erebi arcet lupos.*
Ite nunc in malam crucem Crucis inimici.
Tartari properate ad vmbras,
Tartari amica lumina.
Veſtro errori tantus debetur horror.
Luna Tracię non dabit amplius lumen ſuum.
Suprema à luce ruens, in veſperum ibit.
Quia Iuſtitiæ Solem deſpexit, non aſpexit.
Ad Orientē lumine vacua, inuenit Occasū,
Ad lucem reditura nunquam.
VENETIARVM RESPVBLICA.
Enſe puram vibrat lucem,
Veſtræ vt luceat cæcitati.
Sed quia malè agentes lucem odiſtis,
In tenebras ite exteriores.
Et ſi nolit Charon vos transfretare,
Maris lubricis vnà cuncti malè perite.

Regnabat tunc temporis

Bertutius Valerius Reipublicae Venetiarum Dux.

me Anagrammata.

1 *Vale, Viue diu, Ser. ſub Te Turcarū Luna expirabit.*
2 *Tu verè Vir, verè clarus, exulta, en tibi plaudimus.*
3 *Vrbi viue tuę, iurè exulta, rabiem deſtrues lupinā*
4 *Lupus barbarus vim exeruit, vulnere vitae cedit.*
5 *Sublimi Virtute, Prudentia vber aurea X. ſecula V.*

Pro Venetis gloriosè ſtetit, hoſtem fregit

Laurentius Marcellus Generalis Imperator.

Anagrammata.

1 *Venetus Miles gloria terrę, mari planè clarus.*
2 *Bello rarus, mirè, ritè pugnans, Tracię malleus.*
3 *Rarus enim Heros plagis mille vulnerat Tracem.*
4 *Arte plenè gnarus mille ſic mercatur lauros.*
5 *Animo mirè altus, illuſtri genere pręclarus,*
6 *Mirus Mars et in puluere gloria latè clarens.*
7 *Moriens, et laureas mille lucrās Regnū rapit.*
8 *Ipſum gloria clarè altum tu venerare ſilens.*

Vrbs Veneta.

Anag. 1. *Sub vere nata.* 2. *Ter venuſta.*

Inclita Venetiarum Vrbs.

Anag. 1 *Nimis clara, Virtute vber.*
2 *Et clareo munita viribus.*

Epi-

Epigramma.

VRbs sum clara nimis totū cantata per orbem,
Est meus in cunctis intaminatus honor.
Sum Virtute vber, regnis, sum iuribus alta,
Me sale conspicuam terra, salumque canit.
Ingeniumque mihi magnum, rerum prudentia maior.
Reges hic Virtus rara regit Venetos.
Viribus et munita, Viris & clareo miris,
Ne desit meritis laurea nulla meis.
Sum sub vere potens nata, ac ter mira, venusta
Lumine sub cæli florida semper ero.

Venetorum Respublica.

Anag. 1 *Suprema in Orbe lucet.*
2. *Verè Orbis Lumen, Caput.*

Inclita Venetorum Respublica.

Anag. 1 *Curia Nobilium cętu ter plena,*
2. *Cui vlla est, nec fuit in orbe par.*

Epigramma.

ROma Caput Mundi canit Italus, Exterus omnis
Præcinat hoc Gallus, cantat Iberus idem.
Astrue de Venetis, quod de Roma accinit Orbis.
Gloria Romulidum gloria fit Venetùm.

Verè orbis caput, & lumẽ, *quæ* lucet in Orbe
Suprema, *ipsa Decus, Deliciæ Orbis, Amor*.
Curia Nobilium cętu ter plena *Virorum*.
Curia cui vlla est, par nec in Orbe fuit!
Comprime nunc voces, carmen compesce molestum!
Cum laudas Venetos, gloria nulla satis.

Eminentissimo Reuerendissimo Dño
Principi Cardinali
GREGORIO BARBADICO
Antistiti Patauino
Saccensi Comiti &c.

PROGRAMMA.

Emin.mus Cardinalis, & Episcopus Gregorius Barbadicus

Anagrammata.

1 G*Aude nec parum, Nobilissimę Vrbis, ac Stirpis Decus, Amor.*

2 *Pastor bonus, dulcis, carus Paduę gregem, nisi mirè, cibas.*

3 *Virga piè agis. Prudens Medicus cunctos à morbis liberas.*

4 *Dum mitis cibas, egregiè curas, duros probas, planè vincis.*

5 Orbi

5 *Orbi clarus, Vrbi notus, Dei amicus, Gregem Dñi pius pasces.*

6 *Sic iugis deprecatur Vrbis Aula, sed post Regna S.mi Domni.*

7 *Diu pasce. Pro ouibus Gregis Crucis libens animam dares.*

EXEMPLAR.

Gaude nec parum,
Nobilissimæ Vrbis, ac Stirpis Decus, Amor.
Dum mirantur Vniuersi,
Quam benè tui ad exemplum
Patauinus componatur orbis.
Magis vt stupeant, Pastorum poneris
In Exemplar.
Pastor bonus, dulcis, carus.
Paduæ gregem, nisi mirè cibas.
Pastoritio sedens in throno,
Pedum geris pro virga,
Vt ostendas Principatum, quem pius regis.
Pietatis Exemplar,
Dum mitis cibas, Virga piè agis.
Plectis vt flectas, *duros* sic *probas*,
Ne frangas, amoris vinculo *planè vincis*.

Pru-

Prudentiæ Exemplar.

Prudens Medicus egregiè curas,
Leni pharmaco *cunctos à morbis liberas.*
Corpora impura non nutris, ne magis lædas.
Apollinis Chorus
Prudentiorem non habuit Æſculapium.

Candoris Exemplar.

In oue lac premis, non ſanguinem,
Lanam pectis, non tondes, vt exprimas,
Lanigeros malle candidos, quàm cruentos,
Expiatos, quàm expilatos.

Vigilantiæ Exemplar.

Oculeus Argus oculos aperis centum,
Luporum aſtus vt detegas.
Alter Briaręus, manus centum porrigis,
Gregem vt protegas.
Ni ſomniaſſet Pythagoras, dicerem,
Magni Gregorij animam in te transfuſam.

Humilitatis Exemplar.

Ortu, dignitate Regius, Pauli oles ſpũm.
Omnia arbitraris, vt ſtercora,
Vt Chriſtum cum ouibus lucrifacias.
Tunc regnare putas, cum Deo ſeruis.
Magnam conſtruere cupiens ædificationem,
Fundamenta primùm iacis humilitatis.

Cha-

Charitatis Exemplar.
Corda vt rapias in Christi amorem,
Liquescit cor tuũ, vt Cleopatrę margaritũ.
Bonus Pastor,
Pro ouibus fis agnus, vt facias agnos de lupis.
Pro his & cruorem funderes,
Adamantinam vt finderes duriciem.
Pro ouibus Gregis Crucis libens animam dares.
Orbi clarus, Vrbi notus, Dei amicus,
Supremum Dñi *gregem pius pasces.*
Sic iugis deprecatur Vrbis Aula,
Sed post Regna S.mi Domni.
Diu pasce,
Diu vt serues à lupis Paduę gregem.
Diu viue, vt doceas benè viuere.
Bonus Pastor
Benè pascit, exemplo dum pascit.
Perfectè viuit,
Alieno dum viuit profectui.
Diu pasce, diu viue,
Vt Pastoribus benè pascendi, benè viuendi
Sis Exemplar.

Illustrissimo Excellentissimo Domino
D. ANTONIO GRIMANIO
Veneto Senatori
Paduæ Præfecto.

PROGRAMMA.

Antonius Grimanius Paduae Praefectus.

Anagramma.

O faustè Sapiens Vir, cui Prudentia magna.

Epigramma.

PRincipis est Virtus Princeps, Prudentia, Regni
Hæc Columen, Regnum, qua pereunte perit.
Vanescit Sapiens, quoties Prudentia desit,
Est princeps Prudens, quum Pietate regit.
O faustè Sapiens Vir, cui Prudentia magna.
Vt Prudenter agas, eligis esse pius.
Malleus esse malis non vis, sed melleus, & si
Ferreus est populus, non potes esse ferus.
Flectere sic duros est Virtus Cæsare digna,
Inque bonos Ciues est facile imperium.
Vt Nestor Sapiens viuas post Nestoris annos.
Aurea sintque tibi secula Nestorea.

Cla-

Clarissimo Viro
Reuerendissimo Patri
P. D. Iosepho Mariæ Marauiglia
Clericorum Regularium Generali Præposito
In Patauino Lycæo
Publico Moralis Philosophiæ Professori.

PROGRAMMA.

P. Iosephus Maria Marauiglia Mediolanensis.

Anagrammata.

1 Sophię lumen, Sol iam aurea mira, digna sapis.

2 Iam iam Sophię lauro, palma iure insignis eas.

Epigramma.

P*laudimus, Alme Pater, Tu* sol, lumenq; *Sophiæ.*
Aurea iam *mirè*, miraq, digna sapis.
Ocia pressisti. poscunt tua gesta triumphos.
Merces Virtuti digna ferenda tuæ.
Te decet omnis honos, laus, laurus, palma, triũphus
Omnis, Io clara voce, triumphe, canit.
Iam iam *Parnassi es lauris decorandus, Olympi*
Palmis, par nec erit tantus honor meritis.

Iure insignis eas lauro, palmaque Sophię.
Fingimus & nitidis aurea serta comis.
Plaudite, qui sapitis, sat fundite lucis honores,
Virtutum Solem cingite Sideribus.

Sapientissimo Viro
Reuerendissimo Patri
P. D. Iosepho Costaltæ
Insignis Casinensium Cœnobij.
S. Xysti de Placentia
Præsuli Præstantissimo.

PROGRAMMA.

Iosephus Costalta Placentinus.
Anagrammata.

1 *Hic sanus Cato, vel sapiens Plato?*
2 *Hic vnus Cato est, Is planè Plato,*
3 *Scientia, ac Sophia totus plenus.*
4 *A Sophis cunctis latè, altè notus.*
5 *Sisto. Plus alta enunciate Sophi.*

MONSTRVM

Adeste Sophi, & obstupescite.
Virum do mirum Sapientiæ Monstrum.

Non

Non Africæ ſub Sole nouum ,
Quia Placentiæ cęlo natum.
IOSEPHVM COSTALTAM.
Nil in hoc Viro Virtuti abſonum,
Nil in hoc Monſtro à ſtupore alienum.
Nouum aſtruerem Geryonem, ni vno capite
Omnium ſcibilium contineret capita.
Miraculorum dicerem octauum,
Si primum non eſſet Sapientum Miraculum.
E Nomine, Cognomine ,
Quæ Augmentum, Celſitudinem ſonant,
Argumentum do monſtroſæ Virtutis,
Omnem ſupergredientis eminentiam.
In flore iuuentæ
Præcoces dedit maturæ ætatis fructus.
Alter Neoptolemus Mundo bellũ indicens,
Benedicti induit ſagum.
Virtutibus armatus de vitijs triumphauit.
Prima eius vitæ fundamenta
In Montibus Sanctis .
Virtus in alto ſita monte ,
Altiorem in Coſtalta obtinuit ſitum.
Rhodius inter Sapientes Coloſſus,
Digiti eius pleriſque ſtatuis altiores ,
Hæretis an ſit

Hic ſanus Cato, vel ſapiens Plato?

Vtrumque enuncio.

Hic vnus Cato eſt, Is planè Plato

Qui

Scientia, ac Sophia totus plenus,

In aurea Benedicti Regia,

Aureum Sapientiæ ſtabiliuit thronum.

Siuè Palladis tractarit Haſtam,

Siue Mercurij Caduceum alta, mira fecit.

Magiſter diu ſedit in Cathedra,

Paſtor nunc præſidet, exemplo docens,

Mundi Sapientiam eſſe ſtultitiam.

Quos regit, paſcit, dirigit ad cæli paſcua.

Quot rexit Cœnobia, tot erexit Templa.

Virtuti, Sanctitati.

Principibus Italiæ Vrbibus,

Plures vidi Principes,

Eius Sapientiæ admiratores.

Vnum recenſeo è multis.

Cardinalis Capponus,

Virtutum Cardo, Sapientum Caput,

Virorum mirum aſtruxit non ſemel.

Deſiſtat Diogenes quærere hominem.

In hoc Monſtro geminum inueniet Virum,

Catonem, Platonem.

Non orat hic Cato, quin proferat
Oracula ex tripode dicta.
Hoc Platone
Nec ipſe Iuppiter loqueretur dulciùs.
Rethorum cælo nunquam luxit
Splendidior Mercurius.
Ferreum ſeculum non caret Demoſthene.
Qui
A Sophis cunctis latè, altè notus,
Sapientiæ Encyclopędiam
Nouit Caramuel
Dum Angelico Coſtaltæ ingenio
Se eruditum profitetur.
Hyperbole non eſt opus, quum laudatur
IOSEPHVS.
Nil altum dicitur, quod inferius non ſit
COSTALTA.
Dignus eſt obeliſco.
Huius encomijs
Attica conſonat, non Carica Muſa.
Tacet graculus, canant vt Cycni.
Virtutum Monſtro humilis, ſtupens
Siſto. Plus alta enunciate Sophi.

OPV-

OPVSCVLI PRO CORONIDE.

Programma

Agimus tibi gratias omnipotens Deus pro vniuersis beneficijs tuis.

Anagrammata.

1 BEnignisſimi Ieſu pietati ocisſimus ſtudebo non parũ fieri gratus.

2 Magno Factori oĩbus ſtudijs, & perpetuis ingenij niſibus ſeruiam.

3 Summo Patri gratus, ſic eius, Nato, Spiritui S. iugis ſine fine benedico.


4 S.^me Virgini, Patri Benedicto, oĩbus SS. piè ſisto; gratus viuam, en


FINIS.

Amice Lector, præter ea, quæ Amanuenſi caſtiganda commiſimus, pauca hic excipe

			Menda & ſic	Emenda.
Pag. 8.	*lin.* 12.		*grate*	*grates*
15.	7.		*ſint e*	*ſint ei*
98.	4.		*vlla eſt, nec par*	*vlla eſt par, nec*

Nótam, P. Benedicto &c. malè poſitam pag. 26. paginæ reſtitue præcedenti. Cetera prudentiæ tuæ remittimus, commendamus benignitati.






La Spezia
LABORATORIO
SANT AGOSTINO
vico S. Giovanni 4